nesq et singulos tam juris, quam facti defectus suppleatis, easq omnia per utramq partem inviolabiliter observari, sicq per quoscunq iudices, sublata ... cuilibet eorum ... auctoritate interpretandi et diffiniendi facultate ..., iudicari ... debere, ... decernatis, non obstante fel. rec. Pauli Papae II de rebus ecclesiis non alienandis, aliisq ... constitutionibus, ... quavis auctoritate firmatis ... roboratis .... Dat. Romae apud S. Petrum sub sigillo officii 8 Junii, Pontificatus Dni Pii Papae IV anno tertio." Tenor tertii privilegii sequitur: „Adam Conarski D. et Ap. S. gr. confirmatus eppus Posn. et apud praefatam Sedem Serm̄i Sigismundi Augusti Regis Pol. etc. Orator. Significamus hisce lris nostris, missas huc nobis esse eiusdem Regiae Mtis lras, sigillo annulari munitas et manu Rndi Petri Myskowski, maioris Secretarii subscriptas, quibus concordia inter Hlem Faelicem Zochowski ... et G. Raphaelem Czybulski ... ratione bonorum Czybulicze dictorum Popowo, facta approbabatur, quarum lrarum tenor ... talis. Sigismundus Augustus D. g. R. P. etc. Significamus ... exhibitas esse nobis lras concordiae ex actis Zakroczim. inter Hlem Faelicem Zochowski ... et G. Raphaelem Czybulski ..., occasione sopiendarum iniuriarum ex parte bonorum Czybulycze, dictorum Popowo, ad ecctiam par. in Karom pertinentium, emanatas, supplicatumq est nobis, ut easdem ... confirmare dignaremur. Quarum tenor ... talis. ... Actum in Zakroczym in Curia S. R. Mtis Sabbatho post Epiphaniam Dni, anno 1562. Praesente G. Mathia Chadzynski Capit. Zakroczim., coram praesenti officio capitaneali Zakroczim. .. Hlis F. Zochowski ... et G. Raphael Czibulski ... produxerunt instrumentum concordiae inter ipsos per certos arbitros ..., occasione bonorum (quae supra) ... factae ..... quam ad acta praesentia ... admitti petierunt. Et G. Mat. Chadzynski Succamer. Drohicen. Capitaneus Zakroczym. ..., suscepta recognitione eorum personali; ... admisit, cuius tenor ... est: Anno 1562 die festo Circumcisionis Dni in curia Karomiensi. Hlis F. Zochowski ... et G. D. Raph. Czybulski ... tenutarius villae S. Regiae Mtis Karom ... locaverunt certos arbitros amicos ad infrascriptam concordiam. Imprimis itaq D. Faelix Zoch ... locavit amicos duos Casparum Piotrowski Can. Varsch. Mathiam Seczanski plebanum in Glusko, Paulum Sobolyewski Succamer Varsch. Et G. D. Raphael Czybulski locavit ex parte sua GG.

GG. dnos Briccium Choromanski Vicecapit. et Stanislaum Branyeczki Iudicem castren. Sochaczov. et hoc occasione sopiendarum inimicitiarum ex parte ~~pro~~ bonorum Czybulicze, dictorum Popowo, ad eccl. par. in Kazom pertinentium. Imprimis ... D. Faelix Zochowski pleb., volens consulere commoditati et meliori condicioni ecclesię suę in K... et ne amplius iniurię et inimicicię.. ex parte bonorum prefator. oriantur, ... bona ecclię Czybulicze Popowo dicta, cum omni iure, dominio etc... in suis... limitibus ab antiquo se extendentia, G. Raphaeli Czybulski et ipsius.. successorib. resignare.. debebit, consensu tamen dni Loci Ordinarii ac Capituli Posn. et alias lras ad id opportunas, etiam a Sede Aplica necessarias G. D. Raphael Cz.. suo sumptu et diligentia expedire tenebitur. Ita quod... dnus Faelix Z. pleb. et eius... successores nullum habeant impedimentum ab impetitione Iuris canonici, occasione commutationis prefatę, sub vadio infrascripto. Et D. Raphael Cz... tenebitur pro bonis prefatis Czybulycza Popowo, dotis ecclię Kazomen. expedire decimam post villam Mloczizny, mensę eppatus Posnan., ... et si non potuerit expedire ..., tunc decimam post villam Osowa Wolia, M. D. Nic. Radzieyowski ... hereditariam et post villam Wolka Kopeziowa, hereditariam N. Dni Ioannis Czosznowski Kopecz. Quodsi easdem expedire non potuerit, ... debebit ... inscribere et reformationem facere 100 sexagenas gross. pecunię communis mon. et num. pol. ... na wyderkoff... in omnibus bonis et sortibus suis in minori Czybulicze et Czeczotki: ... A quibus 100 sexag. .. D. Raphael Cz.. et eius successores solvere .. tenebuntur pro.. festo S. Martini.. 6 sexagenas pecu. m. et n. pol., ratione census annui perpetue. Casu vero quod si .. D. Raphael, aut ipsius successores censum ..eximere... voluerint, .. debebunt.. ⌐ duobus mensibus ante decursum medii anni obdestinare, quatenus.. cum dno Raphaele ipsiusq successoribus manu coniuncta.. sollicitentur, ubi... eadem summa 100 sexag. reimponi et inscribi debeat. Et.. si, etc in quantum talia bona.... inveniri non possint, .. ipse G. Raphael et success. eius summam ipsam in bonis.. illius modo premisso inscribendam ... sustinere... debebunt.... Necnon D. Raphael Cz. submittit se et obligat expedire lras a S. R. Mte super medietate prati dicti Biel, in longitudinem incipiendo a via, quę tendit a minori Kazom etc. (ut supra in privil.) prata Drzewiecz dicta (ut in privilegio ~~supra~~ usq ad) partibus pro ecclia Kazom... necnon liberam receptionem et collectionem glandium alias ij trząsez in sylvis et lagy ad bona Kazom (ut in privil. usq ad) villae u-

sic [margin note beside "men dni Loci Ordinarii ac Capituli Posn."]

⌐ dnum Plebanum.. [margin note beside "..eximere... voluerint"]

(Ipsiusq

Kazom.

trincq Kazom. In bonis vero Czybulicze Sopowo ad vitę duntaxat tempora ipsius Dni Felicis plebani moderni pascua libera;.. etiam promisit ipse D. Raphael C. facere inscriptionem eidem Dno plebano in quibuscunq actis dare sibi liberam incisionem, alias wrąb in sylvis.. Kazomien. et Czybulicze Sopowo ad tempora duntaxat vitę ipsius Dni plebani moderni, pro foco et necessitate curię plebanalis... Plebanus tenebitur omnia jura sua.. ad dicta bona ad manus D. Raphaelis tradere, simul cum possessione bonorum, postea quam hęc concordia effectum.. suum sortietur, sub vadio.. Quę oia.. partes sibi invicem complere debent et.. ratificare hinc ad festum S. Martini Michaelis proximum,.. sub vadio 1000 flor. n. et m. in Regno currentis;.. si aliqua partium.. huic concordię in parte, vel in toto non satisfecerit, prędictum vadium succumbet, pro quo si se citare permiserit, in primo termino tanquam peremptorio, stare.. atq respondere, ad simplicemq assertionem verborum.. vadium solvere, in quocunq judicio conventus de ea se fuerit, nihilominus tamen huic concordiae satisfacere sub simili vadio tenebitur.. In cuius rei fidem... Dni judices arbitrales... et partes se subscripserunt et sigilla sua... appresserunt. Idem Caspar qui supra manu propria. Idem Paulus q. s. mp. Mathias Seczamski pleb. in Płusko mp. Briccius Chorimanski.. mp. Raphael Czybulski woyski Sochaczowski. Zoznyerzy Krolia J. M. subscripsit mp. et consensit. Faelix Zochowski.. manu sua scripsit et consensit. Ex actis castren. Zakroczimen. sub sigillo terrestri rescriptum." Nos itaq supplicationi huic annuentes, prędinsertas lras ratificamus et confirmamus.... In cuius rei fidem... sigillum n. annulare est appens. Dat. Vilnę die 28 Augusti anno MDLXII. Regni nostri XXXIII." - Petitum vero a nobis est, ut... ad eam concordiam consensum pręstare velimus. Itaq et approbatione Mtis Regię et nostr. studio, quod in sedandis inter clerum et equestrem ordinem iniuriis, hiis pręsertim turbulentis temporibus, exhibere debemus, facile adducti,... consensum non inviti pręstamus... et ratificamus. In cuius r. f. et test. sigillum.. apprimi fecimus, manuq nostra propria subscripsimus. Dat. Neapoli 21 Novembris an. Dni MDLXII. Adam Conarski D. g. conf. ep. Posn. mp.

Akta Kons. Warsz. Lib. 39. sign. B. J. fol. 258-262.

Adam Conarski D. gr. ep. Posn. Significamus.... Quia dum fungeremur onus legationis ad S. Sedem Ap. a Sermo prim. et Dno Dno Sigismundo Augusto D. gr. Rege Pol... extra dioece-

simq

sing., nostram essemus Tum pro parte Hlis Fel. Żochowski pleb. eccl. par. in Kazom... et G. D. Raphaelis Czybulski... petitum nobis extiterat, quatenus concordiam certam inter praedictas partes occasione bonor. Czyb., dict. bap. factam, ad acta castr. Zakroc. inscriptam et per S. R. Mtem ~~~~ approbatam, auctoritate nostra ordinaria confirmaremus...; quod in effectu fecimus, ac litris nris patentibus significatorialibus, de dat. in Neapoli (<u>ut supra</u>)... communivimus. Et tandem, posteaquam Dno volente, ad dioec. nram Posn... redivimus, ad petitionem. G. D. Raphaelis Czybulski..., inhaerendo priori approbationi... in Neapoli factae..., eandem concordiam.. in omnib. et sing. eiusdem punctis.... approbamus.... ac robur et vim perpetuae firmitatis obtinere debere decernimus. In cuius r. f. et test. sigil. n. e. subimpr. Act. et dat. Warschoviae die lunae 10 mensis Aprilis Anno Dni MDLXIV.
Leonardus Kathynski. Curiae Ius Rmi D. Nrius mp.

Ingrossacya, na żądanie Rafała Czybulskiego ~~w~~ d. 14 Kwietnia 1564 <u>tamże</u> fol. 293.

Kozłów szlach.

At In nomine Domini amen. Ad lumen ortho-
doxe fidei divina miseratione vocati licetsi divinis
non est satis beneficiis tamen Nos Nicolaus in
Kozlowo militari heres pro viribus nostris Creato-
ri Domino supplices referentes gratias Templum
nomini Sancto ejus necnon Honori Virginis bea-
tissime SSq; patronorum Nicolai Floriani et Cathe-
rine ereximus, Ut autem in hacce Ecclesia laudes
et sacrosancta persolvantur ~~Domino~~ misteria Domino
populus fidem doceatur et Creatorem suum nosse
studeat, necesse videmus venerandaq; Sacramen-
ta suscipiat necesse Duximus ut hec nostra eccle-
sia ab aliquo probo et docto Viro presbitero gu-
bernetur et ut vera Sponsa custodiatur Quapro-
pter dotem huic sponse id est huic Ecclesie assigna-
mus ejusq; rectoribus jus perpetuum ad infrascripta
tribuendo Et licetsi minime speramus aliquem suc-
cessorum nostrorum jus nostrum ledere violareq;
tamen ne posteris seculis ab aliquo degenere ecclesia
hec in suis reditibus ledatur et sacrilega manu ali-
qua in bonis Deo jam dicatis injuriose tangatur
Omnia jura ejus et proprietates describimus et pri-
mo. Assignamus locum domu Plebanali qui nu-
merando ab ipso muro Ecclesie habebit in longum
mensura hominis mediocris alias Sążeni sexa-
inta (sic) quatuor, nimirum mensurando hanc par-
tem que respicit villam Dembsco. In latum vero
a cornu Sacristie et procedendo
quasi ad villam Dembsko ad medium
inde ad ipsam viam que ducit a Kozdowo ad
Dembsko fundum hunc pro edificiis et domo pa-
storali designamus. Penes quam aream est quidam

ager

ager statim post ecclesiam ubi majus exstat altare latus ad duos mansos qui incipit a via que tendit Kozlowo minor et protenditur usque ad granities Dembscie et ad radices montis qui est ante granities Dembscie habet in se pratum ejusdem latitudinis sicut et ipse ager et hic quidem ager habet in se mansum a via que tendit ad Kozlowo minor [illegible] ad granities quadringentos quadraginta quevis mensura continet in se tres ulnus alias trij łokiet. In parte vero meridionali Ecclesie horti jacentes, in longum ab Ecclesia ad fluvium dictum Bzura, in latum vero a pisina | quam etiam pro usu plebanorum donamus: | usq. ad Torrentem quo tempore inundationis derivant aque quiq dividit hortos: subditorum nostrorum ab hortis de quibus nunc agitur ad medium [illegible] torrentis hec omnia ab hinc ad Ecclesiam spectabunt nihilq inter Ecclesiam et fluvium Nobis relinquendo. Damus itidem hortum ante maiores fores Ecclesie jacentem ad viam que tendit in Dembsko ejusdem latitudinis sicut cemeterium quem inter subditos Ecclesie dividet pro suo arbitrio futurus Ecclesie Rector, Damus preterea in tribus campis agros nimirum in quovis campo per duos agri mansos tertium vero mansum pro subditis Ecclesie quodquot in eo locari possunt itidem in tribus campis, seu in quovis campo per mansum unum, in campo autem breviori qui est prope campum Łatockie assignamus additamentum ad proporcionem mansorum inter additamenta subditorum nostrorum. Assignamus preterea prata nimirum pratum in [illegible] et cum toto agro in quo predictum agrum continetur hoc est jacentia prope villam Żakrzew ex hac parte

fluvii


fluvii agrosq pratis commixtos, quorum in hunc modum fecimus dimensionem nimirum a fossa que directe respicit finem ville Zakrzew eundo quasi ad villam Kozlowo minor sunt mensure hominis alias Sąnrzeni ad inflexum fluvium trecente viginti. In latum vero a fluvio ex parte Zakrzew ad villam quasi Dembsko procedendo sunt mensure similiter Trecente viginti. Ut autem legis divine est reddere decimas ministris Domini itaq nos sponte et libere nostriq omnes subditi ex omnibus bonis circumjacentibus ubi aratum atq seminatum fuerit etiam ex novalibus et quibusvis hortib. eas fideliter reddendi perpetuam damus submissionem atque semper in manipulis reddituri. Insuper desribimus item libertates quas in posterum habebunt Rectores Eclesie nostre nimirum habebunt jus tabernarum propinandi liquores, liberarum. in molendino molitionem in fluvio Bzura liberam piscationem in Sylvis pro edificiis omnibus usu suis cum subditis liberam habebunt incisionem in utraq parte fluvii et toties quoties opus fuerit jtem pascua libera habebunt semper idq et eorum subditi. Que omnia pro jure perpetuo haberi volumus omniaq contenta prefate ecclesie nostre damus donamus donavimusq in [illegible] maledictionem Altissimi exoptantes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum et datum in Kozlowo militari in die festi Sancti Michaelis Archangeli Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quinto presentibus nobilibus viris Johanne in Ribno herede martino herede in Szwarocine Andrea in Zakrzew herede Thoma advocato Rib-

nensi

nensi hocq privilegium ~~manu~~ nostra scriptum subscribimus

(na środku) Nicolaus im Kozlowo militari heres

Oryginał w Kozłowie. pisany na ~~pergaminie~~, na pergaminowym sznurku pieczęć w puszce ołowianej okrągłej ~~która to~~ puszka miała przykrywkę na zawiasach, których ślad jeszcze pozostał. – Pod podpisem Mikołaja jest ślad, ~~już~~ nieczytelny, starego pisma, w kilku wierszach; ~~pismo stare~~



Nr. 1.

1. In n. D. a. Año Nativ. Eiusdem Millmo Quadringmo Sexagesimo. Indict. VIII. Pontif. SS. i. C. P. D. N. D. Pii Papae Anno ipsius IIo die vero Mercurii Vigesima sexta mens. Februarii, in Oppido Varsoviensi vel quasi in domo murata Edlinger, protunc Vli Mgro D. Nicolai de Kaszynice Decret. Dre, Archidiacono Vars. in Ecclia Posnan., Vicario in Spualib. in Ducatibus Masoviae gnli, mansionem habente, Ipso in audientia publica pro Tribunali sedente, In mei Notarii publ. subscripti, Actorum coram eo Scriba, testiumq. infrascriptorum psentia. Constitutus personaliter Hlis vir Petrus de parva Plochoczyno, Rector eccl. par. in Grambkowo, eppali villa, Posnanien. diaecesis prope Liw, petivit sibi transsumi actu sub forma publica, et appositione Decreti super contractu et iure parochiali de et super villis Suchodoł et Polikowo dictae Diocesis et Decimis exinde provenientibus, per Matthiam de Liw et Petrum de Grambkovo praedecessores ~~alim~~ Plebanos iam mortuos,... sub tenore:

Anno Dni Millmo Quadringo Quadrago septimo. Die Martis vigesima septima mens. Iunii de consensu Hlis viri D. Clementis Canonici Varsovien. Surrogati Dni Ioannis Twardowski Officialis Varsovien., Matthias Plebanus de Liw et Petrus de Grambkowo Plebani Diac. Posn., sopiendo causas quasvis movente Matthia Pleb. de Liw pro decimis Nobilium in Polikowo et Suchodoł et iure parochiali habuerunt et ad iudicium deductas dudum inter se tractaverunt, taliter, parcentes ulterioribus Terminis et expensis, inter se concordiam fecerunt et de consensu Dni Clementis Can. Vars. Surr. D. I. Tward. Off. Vars. taliter perpetuo concordarunt. Quod pdictae duae villae Suchodoł et Polikowo ad parochiam ecclie in Grambkow pertinere debent et perpetuo pertinebunt iure parochiali. Decimas vero de agris praedialibus Dnorum: Pauli cum filiis in Suchodoł Chyczocz. Stanislai Manchimiri, Alberti et filiorum eius, Ioannis Koszusek, Stephani, Ioannis et alterius Ioannis haeredum in Polkowo, Petrus Pleb. de Grampkowo hoc anno, et Matthias Pleb. de Liw alio anno alternatis vicibus percipere debebunt possidebunt et percipient pacifice et quiete, uno alterum non impediente, sub poena amissionis partis non tenentis ad partem tenentem perpetuo et in aevum, praedictarum decimarum. Praesentibus Discretis viris Hieronymo, Lau-

rentio

rentio et Venceslao Vanco Vicariis perpetuis Ecclie Colleg. Varsavien. Testibus circa premissa.

Quibus actis visis et lectis, attenta ipsius D. Petri Plebani moderni iusta et rationi consona petitione, eiusdem instrumenta opportuna ex actis una cum appositione Decreti et sigilli sui appensione confici et tradi mihi Notario publico subscripto, coram ipso Actorum scriba decrevit et mandavit. Praesentibus Hlibus viris Dnis Nicolao in Kambierthowo et Petro in Zdbikowo Plebanis, testib. circa pmissa vocatis specialiter et rogatis. Acta sub anno etc quibus supra. — Et ego Urbanus Andreae de Coppana Cler. Posn. Dioec. publicus Imperiali authoritate Nrius... pmissis.... interfui... (L. S. Officialis).

Kopia w Księdze Wizyt Święcickiego. f. s. 88–89.

Item habet (Praepositus Liven. an. 1667) decimas pecuniarias in paroc. Gręmbkoviensi post villas Zuchowo et Tołkowo Lagary dictas, quas alternatim cum parocho Gręmbkoviensi percipere debet. Święcicki l. c. s. 55.

2. In n. D. a. Ad p. r. m. Boleslaus D. g. Dux Masoviae huiusque Terrarum, necnon Varschovien. Wysogrodien. Zakroczymen. Ciechanov. Dnus et heres Czernen. etc. Significamus tenore praes. tam praes. qu. fut. har. notit. habit. quib. exp. qui. universis. Quomodo intendentes utilitati tam nostrae quam Ecclie nrae parochialis in Liw, cum Hli Devoto nro Stano de Zielawino, Can. Varsch. et Rectore ecclie pfatae in L., de consilio Iurisperitorum spualium et secularium infrascriptam fecimus commutationem. Videlicet hereditatem nram et villam Krypy, als Wyczolkowo dictam, in distr. Czernen. prope Liw situatam, quam etiam pro advocatia Livensi habuimus per commutationem, in longum et latum, veluti huiusmodi hereditas ... in, prout in suis metis, gadibus et limitibus circumferentialiter est distincta, et limitata et quemadmodum ipsam soli tenuimus... pfato Stano Zielawski... ac Ecclie pdictis Rectoribus ... pro hereditate tota ipsius Ecclie in Liw, sita iuxta Liw situata et in agros seu campos Novae Liw immensurata, ex causa commutationis, dedimus, commutavimus.... perpetue et in aevum. Cum omnibus et singulis utilit. fruct. redd. provent. cens. emolum. et obvent. qualiter universis... ad praesens in dicta hereditate existentibus et accrescentibus quomodolibet in futurum, per eundem Stanum Plebanum, Ecclamque in Liw et eius Rectores... ipsam hereditatem Krypy tenendam, habendam... pacifice perpetuisque temporibus possidendam. Et

ut

Ciso 2.

ut pdicta hereditas Krypy eo citius collocari valeat et in uberiores fructus converti, ipsam de jure polonico in jus theutonicum, quod Culmense dicitur, transferimus... cum omnibus dispositionibus.... universis. Verum.. pro huiusmodi iuris gratiae donatione oes et singuli incolae hereditatis praedictae singulis annis, perpetuisque temporibus, in quolibet festum S. Martini Conf. et Epyi venerandi per 6 grossos Pragen. de quolibet manso culto et possesso Nobis et nostris successoribus.. exsolvere teneantur. In cuius recompensam volumus, quod oes et s. Incolae hereditatis pdictae ab oibus nostris solutionibus, exactionibus, contributionibus, laboribus et a certis collectis, gravaminibus ipsius Juris polonici, angeriis et pangariis qulr universis, etiam a castrorum nostrorum laboribus sint... exempti: Castrorum nostrorum de novo erigendorum sive construendorum laboribus exceptis, ad quos Incolae hereditatis pdictae rena cum aliis incolis in simili Jure locatis transire tenebuntur. Eo etiam praesertim excepto, quod cum Nuptias nostras aut puerorum nostrorum sexus utriusque nos dispositione divina celebrare, aut terram nostram redimere, aut aliam emere, vel quod absit Nos vel quempiam ex filiis nostris captivitatem incurrere contigerit, tunc volumus, quod incolae hereditatis praedictae tantam et talem Nobis et nostris successoribus persolvant exactionem, quantam et qualem super alias villas in aequali jure locatas qulter duxerimus imponendam. Praeterea absolvimus incolas praedictos ab oibus judiciis nostris oium Judicum, subiudicum nostrorum, palatinorum, Castellanorum, officialium et ministerialium quorumcumque, sic quidem, (ut) de caetero per eosdem non iudicentur, nec citentur, et citati non comparcant, poena eosdem nulla sequente, nisi coram Plebano aut ipsius deputato, iure proprio Theutonico Chulmensi ad obiecta respondebunt. Item damus Plebano pdicto, quod quotiescumque et quandocumque Incolae hereditatis pdictae mutuo se occiderint, toties integram poenam capitis pro se tollet. Cum vero proprius extraneum, aut extraneus proprium ipsius Incolam interemerit, tunc medietatem huius modi poenae pro se tollet ac levabit. Inter caetera damus Plebano pdicto et ipsius successoribus oes causas

(tam

tam maiores quam parvas criminales et civiles iudicare, carceres et patibula erigere, oes excessus et delicta punire, ęqualitatem pœnę pro ęqualitate criminis imponendo, licet vindicta sanguinis effusionem, membri mutilationem, aut ultimum supplicium exigat et deposcat. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius de certa Nostra scientia pręsentibus est appensum. Act. et dat. in Liw, fer. 2 proxima ante fest. S. Francisci Anno Dni Millmo Quadring° Quinquag° tertio. Pręsentibus Strenuo Nobilibusq Dnis Borutha de Chalantis Vexillifero Varschovien. et Capitaneo Liwensi, Nicolao Tribuno Rozanensi, Andrea de Goscienczyce Vicethesaurario et Stiborio Pietrzyia Magro coquinę, aliisq. quam plurimis nostris fidelibus fidedignis, testibus circa pmissa. Scriptum per manus Matthię Alberti de Tarnowo Varschoviensis Canonici, Rectoris Parochialis in Czersko Ecclesiarum et Curię nostrę Cancellarii q. pręs. hab. in Com.

(L. S.) Ibid. s. 73-75.

Pod tą samą datą wydany był dyplom z potwierdzeniem wszystkich praw starego miasta Liw. ob. Kod. Dypl. Ks. Mazow. p. Ks. T. Lubom. str. 345.

3. Compromissus et sententia arbitralis inter Plebanum Liwensem et Plebanum in Kniewnik ratione alternarum decimarum post villas certas, et juris parochialis earundem villarum. A. D. 1464. die Martis 2 Octobris. Ex Actis Conzist. Varsch. Extat in Archivo Ecclię Liven. in pergameno authentica. ~~Ibid. s.~~

Księga Wizyt Święcickiego s. 99.

4. Alexander Eppus Servus servor. Dei. Dilecto filio Jacobo Karczewski, Rectori Parochialis ecclię in Liw, Posnanien. Dioec. salutem et ap. bened. Cum a Nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor ęquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter Dilecte in Dno Fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu oes libertates et immunitates a prędecessoribus nostris Rmis Pontificibus, sive per privilegia et alia Indulta tibi et eidem ecclię concessas, necnon libertates et exemptiones sęcularium exactionum a Regibus et Principibus et aliis Christi fidelibus, tibi et ecclię predictę rationabiliter indultas, pręsertim autem decimas primario census fructus, redditus, proventus, agro

possessiones

possessiones, hortos, prata, pascua, nemora, sylvas, iura, iurisdictiones, ac alia bona ad dictam ecclesiam legitime spectantia, sicut ea omnia iuste et pacifice possides, tibi et per te eidem ecclesiae authoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Salva in praedictis Decimis moderatione Concilii Generalis. Nulli ergo hominum liceat etc... Dat. Romae apud S. Petrum Anno Incarn. Dnicae Millmo Quingentesimo Nonis Novemb. Pontificatus nostri anno Nono. A. de Buccabellis A. Viner. L. Cor. S. Portius. (L. S. plumbei cum expressa effigie Divorum Petri et Pauli Apostolor.). Ibid. s. 72.

4. A. D. 1518. die Martis, 2 Martii in Consistorio Varsov. Gsa Catherina Thargonina in Gniewnik Zakrzewo Radoszyna haeredissa, censum annuum 5 Marcar. a 50 sexagenis provenientem in bonis suis inscribit pro duabus Missis in qualibet Septimana per altaristam absolvendis. Haec fundatio Altaris seu Inscriptio in Metrica Ducum Masoviae A. D. 1523 fer. 3 in Octava Epiphan. per eandem Gsam recognita. Cuius Inscriptionis copia non authentica ex praedicta Metrica transsumpta, tum et ordinatio praefatae summae inscriptae et Missarum absolvendarum per R. Vittum Paschalem Can. Vars. Archip. Liven. authentica extat in Fasciculo Munimentorum ecclesiae Liven. Ibid. s. 90. 4.

5. In n. D. a. Ad p. r. mem. Nos Petrus D. g. Ep. Posn. et Reg. Pol. Vicecancellarius. Significamus... Quia cum Executores Testamenti ol. N. Martini Polikowski, satisfacientes ultimae eius voluntati, octo sexagenas gr. num. et mon. pol. consueti, 60 grossos in quamlibet sexagenam computando, pro 100 sexagenis gr... per eundem Martinum Polikowski derelictis, in et super certis bonis haereditariis terrestribus, foro et titulo reemptionis emptas et comparatas, prout in litteris Illustrium Principum et Dnorum Stanislai et Janussii Masoviae Ducum, ipsorum sigillo sigillatis latius vidimus contineri, pro dote Altaris in ecclesia parochiali Livensi ad hon. Omnip. Dei Assumptionis Gloriosae Matris Eius V. Mariae, necnon SS. Michaelis Archang., Stanislai Eppi et Mart., gloriosi Martini Eppi et Conf. et S. Mariae Magdalenae fundandi et erigendi dederint..., Nobis debita cum instantia supplicando, quatenus dictum Altare erigere et in beneficium ecclesiasticum creare authoritate nostra

Ordinaria

ordinaria dignaremur. Nos... votis dicti Martini P... annuentes, Crida per Officialem nostrum Varschovien. pr[ae]missa, et in termino eius nemine contradicente, litteris significatorialibus pro erectione facienda decretis, dictum Altare in eccl. par. Liven. in Capella S. Nicolai, ad manum sinistram intrando eandem ecclesiam, constructa, Chr. nom. inv. ereximus, erigimusq. etc... Eidemq. Altari eiusq. pro tempore Altaristę seu ministris, p[rae]dictum censum 8 sexag. appropriamus... authoritate nostra ordinaria, harum serie litterarum, illumq. immunitati eccl. ita incorporamus, ut pro eius repetitione et o[mn]i actione ad forum Iudicis ecc[lesias]tici semper habeatur recursus. Sed quia dictus census sub reemptionis titulo exstat comparatus, volumus, ut quotiecunq. in toto vel in parte fuerit reemptus, pecunia capitalis soluta in manibus Altaristę et Patronorum p[rae]nominati Altaris... reponi debeat et alii census quantocius in aliis bonis... comparari. Ius vero patronatus et p[rae]sentandi memorati Altaris Successoribus legitimi dicti Martini P. perpetue reservamus. Et quia benef. dat. pr. off., statuimus, quod Altarista.... tres Missas: unam de S. Trinitate, 2am de B[eatissi]ma V. Maria et tertiam pro defunctis qualibet septimana..., diebus quibus placuerit per se, vel per alium idoneum Presbyterum legere ... sit adstrictus... In quor. o[mn]ium etc... fidem etc... Act. et Dat. in Piotrkow Anno a Nat. D[omi]ni Mill[esi]mo Quing[entesi]mo vigesimo primo. Indictione ~~octa~~ nona, Die vero solis, 15 Decembr. Pontif. SS[mi] D. N. D. Leonis div. prov. Papę X. Anno nono. Pręsentibus Ad[modum] Rd. et V. viris D[omi]nis Andrea Krzycki Pręposito, Sebastiano Opalenicki Custode Eccl. Cathed. nostrę, Iacobo de Oborniki Decr. D[octo]re Pręp. Eccl. S. Marię Magd. Posnanien. Cancellario n[ost]ro, Martino Gorynski Kruszwicen. Can. Notario et Nicolao Rudnicki Pleb. in Radzimina et Altar. E. Cath. Cracov. Capellano nostro, testibus ad p[rae]missa vocatis atq. rogatis.– Et ego Stanislaus Balthazaris de Sandomiria Cler. Dioec. Cracov. publ. auth. apost. Notarius... et facti pręsentis scriba.... p[rae]missis... interfui etc... (L. S. Episcopalis). <u>Ibid.</u> s. 90–91.

U Piaseckiego niema wzmianki o tej fundacii; zapewne już i pamięć o niej zaginęła. Święcicki zaś mówi: „że Msze (w tej erekcyi wymienione) nie odprawiają się od niepamiętnych czasów, przez niedbalstwo Proboszcza, który nie upomina się o zatrzymane czynsze." (Święcic. str. 54.

6. Decretum per Arbitros latum ratione Decimæ alternatæ cum R. Parocho in Gniewnik Dioec. Ploczn. de villis Nlium Roguszyna omnibus, scil. Starego et Nowego als Lesnikow, Decie, Wypychy et Noyszewo. A. D. 1523. die Mercurii 26 Augusti ex Actis Cons. seu Curiæ Illmi Loci Ordinarii Plocen., aut sede eiusd. vacante, potius Archidiaconi et Administratoris Plocen. extractum. Extat in ecclia Liven. in pargamento unum, et in papyro aliud authenticum. Ibid. s 99.

7. Sigismundus D. g. Rex Pol. etc. Significamus... Quia exhibitum est coram Nobis rescriptum ex Libro Terrestri Varschov. Sigillo Ducali obsignatum, pro parte Universitatis Mansionariorum ecclæ Livensis, continens in se Decretum Conventionis Gnlis Iudiciariæ fer. 2 post Dnicam Reminiscere A. D. Millmo Quingmo vigesimo quinto In psentia Ill. D. Janussii Ducis Masoviæ, dum ageret in humanis, per universos Consiliarios Ducatus Masoviæ ad acta huiusmodi Decreti in Libro Varsch. expresse descriptos latum. Quo decreto ipsi Consiliarii ex comissione pfati D. Ducis, exaudita petitione et diligentia Executorum Testamenti Ill. ol. D. Annæ Masoviæ Ducis super fundatione et erectione Mansionariorum in Ecclesia Livensi, in et super Theloneo Nurensi terrestri. Quod Theloneum pdicta D. Anna in testamento suo pro pfata Mansionaria designaverat; Considerata etiam magna diminutione proventuum Ducalium et decremento, volentes nihilominus satisfacere desiderio eiusd. Dnæ Ducis, septem Mansionarios in ead. eccl. Liw. perpetuo duraturos constituerunt et ordinaverunt de consensu et voluntate speciali Ill. D. Ducis. Quos Manrios Plebanus Liw. pro tempore existens providere debet ex Decimis suis secundum ordinationem, quam Plebanus modernus Vblis Nicolaus Zukowski, Prep. Eccl. Varsch. et Tunc Cancellarius Ducatus Masoviæ cum D. Duce conclusisset et constituisset. Ita tamen, quod ipse Plebanus extunc et in perp. habeat Decimas manip. ois gr. et sem. cum canapalibus ex agris oibus in utraq. Liw et villa Tunc Ducali, ad pnsens vero nostra Regia, dicta Czerwonka. Decimis pecuniariis et frumentariis, als Scepne, quas antea Plebani ex quadam consuetudine de pfatis agris civilibus et Czerwonka

(Tolle

tollebant, amodo extinctis et mortificatis perpetuo. Hoc etiam expresso. Quod dicti Mańrii ad p̄fatum Theloneum Nurense et eius proventus nullum ius et interesse habebunt in perp., sed in hac provisione Decimarum deb̄ⁿ esse contenti, prout ea oīa in dicto Rescripto nobis exhibito vidimus plenius contineri. — Supplicatumq̄ est nobis eorundem Nauriorum noīe, ut nos, tanquam ū tronus illius eccliē, Decretum et Ordinationem Conventus Gnlis. suprascriptam... authoritate nr̄a Regia .. confirmare et in executionem debitam ponere dignaremur. Nos vero considerantes, Decretum et Ordinationem p̄dictam totius Senatusconsulto et de Consensu p̄fati D. Ducis pro cultu divino augendo rite et bene factum esse, ipsum Decretum et oīa in illo contenta in oībus punctis... confirmamus de certa scientia et deliberatione nr̄a Regia.... Quocirca Tibi G. Joanni Nabortho Capitaneo moderno Liwensi et aliis Capitaneis pro tempore existentibus districte praecipiendo mandamus, Quatenus oēs et singulos Oppidanos et villarum agros colentes in utraq̄ Liw et Czerwonka... ad extradendam Decimam manipul.... Plebanis.., iuxta continentiam Decreti p̄dicti astringas et compellas in effectu, ipsumq̄ Decretum Conventionale per Nos approbatum exequaris, pro debito officii sui et gratia nr̄a secus facere non ausurus. Har. testio litt. quib. sigil. n. est app. Act. et Dat. Cracoviē fer. 2 post Dnicam Reminiscere A. D. Millᵐᵒ Quingᵐᵒ vigesimo septimo. Regni vero nr̄i an. 21. Petrus Ep. et Vicecanc. Regni. Relatio eiusd. Petri Ep. Cracov. etc. (L. S. Regni). Ibid. s. 77-78.

8. Sigismundus III. D. g. R. Pol. etc... Significamus... repertas esse in Actis Cancellariē nrē Minoris lras in frascriptas....: „A. D. Millᵐᵒ Quingᵐᵒ vigesimo sexto, Dnica Oculi. Varsaviē. In p̄sentia Mgfcor. Vlium et Gsor. Foelicis de Brzescie Palatini Masoviē et Capit. Ciechanov., Joannis de Wola Chinowska Visnen., Petri Kopytowski Vyssogrod. Castellanorum, Jacobi de Rzwiany Marschali Ducatus Maz., Nicolai de Żukow Praep. Vars. et eiusd. Ducatus Cancellarii, Alberti Łopielski Canonici et Vicecanc., Thomē Sokorowski Custodis, Stanislai Strzelco Scholast. et Offlis Vars., Pauli Łopielski Can. Vars., Pauli Brzeski Succamerarii Ciechanov. et Capit. Lomzen., Gabrielis

(Tardo

vario de Orzechowszewice Procuratoris Ducalis, et alior. mult. tor. fidedignor. Illmus Princeps ac D. D. Janussius D. g. Dux Maz. Rus. etc. zelo devotionis accensus pro amplitudine et laude Dei Cinct. et Creatoris sui, eiusq. Genitr. Btmae V. Mariae et S. Joannis Patronorum, satisfaciendo voluntati et ordinationi Illmae ol. Dnae Ducis Annae Matris suae charissimae, quae dum viveret, Mansiam in Eccl. Liven. instituit; per septem presbyteros decantand. Quam in Theloneo Nuren, quod suis pecuniis exemerat, fundaverat et pro dictis Mansiis donaverat. Eandem donationem ratam habendo dictae Mansiae pro fundo et victu presbyterorum, totum Theloneum Nurense, seu oes proventus ex eo provenientes, pro remedio et salute animarum Illmor. Ducum Maz. progenitorum suorum, Matris Annae, Stanislai, fratris, ac sua, dedit, donavit et inscripsit, dataeq... per psentes perpetue et in aevum, per ipsos Mansionarios tollendum, levandum etc.. Qui quid. Mansii Horas Canonicas de B. Virg. cum Missa, iuxta voluntatem... Annae cantare debebunt... Quod quid. theloneum libertati et immunitati ecclesiae... adscripsit..." ... lrâs prae insertas ex iisd. actis describi et authentice extradi mandavimus. In cuius r. fid. etc... Dat. Varsaviae, die ultima Martii. An. Millmo sexc° vigesimo. Regnorum nrorum Poloniae 33°, Sueciae 28°. Andreas Lipski Eppus Luceorien. etc... Joannes Szaiapski (L. S. Regni). Ibid. s. 75-76.

9. Decretum, seu sententia lata vigore commissionis inter Rdmum D. Joannem Eppum Posn. et R. Plebanum Liven. (Nicolaum Zukowski ratione decimae manipularis post villam Wola Ossowinska seu Grabowiec in Cons. Varsov. A. D. 1531 die Mercurii 29 Martii Extat copia non authentica. — Ibid. s. 99.

10. Erectio Altaris Presbyterorum Fraternitatis Decanatus Liven. pro quo Altari census annui tres marcae in bonis Wyszomo et Kamiskie sunt inscriptae in Cons. Varsov. A. D. 1535 Die Jovis 23 Decemb. Ibid. s. 98.

11. N. Paulus Ossowinski obligat se Decimam manip. post praedium et araturas colonorum de integro solvere in Cons. Varsov. A. 1536. Die Veneris 6 Septembr. Extat extractum authenticum in Archivo ecclesiae Liw. — Ibid. s. 99.

neq. causas legitimas, cur præmissa fieri non debuissent,
allegasset..., titulum Parochialis prædictæ... extinguendum,
et loco ipsius Præposituram una cum septem Mañriis et
octavo Artium Baccalaureo Scholæ Rectore denuo erigen-
dum duximus, prout supprimimus et erigimus in Dei
nõie per p̃sentes, Volentes et decernentes, quod deinceps
futuris temporibus non Rector seu Plebanus, sed Præpo-
situs E. Par. in Liw ab omnibus... nominetur. Cui quidem
Dño Præposito... decimas manip. et grani post agricul-
turas villarum et prædiorum, proventusq. ões et sing.,
item fundum et villam Ryczoiki ad plebanum in Liw
ex antiquo pertinentes, relinquimus et reservamus, ex-
ceptis infrascriptis, per ipsum R. D. Matthiam... septem
Mañriis donatis et assignatis, h. e. Decima primaria op-
pidi Liw antiqui et novi, item decimis manipularibus
post agriculturas in Polazie et Zawady pridem ex an-
tiquo ad Plebanum Liven. pertinentibus. Nunc vero et
in posterum ex cessione p̃fati D. Matthiæ de Jezow...; de
consensu Patroni, coram nobis legitime facta, per 7
Mañrios Liven. percipiendis, una cum decimis aliis ab
antiquo ad Vicarios Liven. spectantibus..., quibus etiam
et nunc utentur præfati Mañrii et inter se ex æquo
divident. Baccalaureus vero Scholæ Rector õibus obven-
tionibus et Decimis contentus erit, quibus alii Scholæ Recto-
res antea contenti erant. Postquam vero sic instituimus
et ordinationem fecimus, ad erectionem et institutionem
ulteriorem Mañriæ seu Mañriorum in ecclia p̃dicta Liven.
et eius Præpositi procedendum duximus, prout, Christi nõie
invocato, quod fælix et faustum perpetuis temporibus opta-
mus, ex Plebano oppidi Liw Præpositum, ... necnon 7 Mañrios
nuncupatos, quas (Mañrias) 7 viri idonei actu presbyteri,
per ipsum Præpositum pro tempore existentem præsenta-
ti et instituti, ... possidebunt, erigimus, ... Ita videlicet
quod deinceps in ipsa E. Par. in Liw non Plebanus, sed Præpo-
situs. R. D. Matthias a Jezow... et eius successores appellari
debebunt..., qui habebunt facultatem... perpetuis tempori-
bus... sacerdotes ad Mansionarias... eligendi, instituendi
et investiendi: Qui quidem Mañrii debebunt esse actu Pres-
byteri, nec alii admitti poterunt Clerici inferiores. Quorum
vita... et conversatio laudabilis esse debebit; quibus etiam
clausa erit potestas alia beneficia obtinendi, sed ipsæ

Præbendæ

Præbendæ seu Mansariæ monoculares esse... debebunt. Volumus autem et decernimus, ut pfati 7 Mansarii per se, Rector vero scholæ per se vel idoneum substitutum singulis diebus ferialibus et festivis teneantur concinne et devote cantare in E. Par. Matutinas et oẽs Horas Canonicas minores de B. et Gl. V. Maria, quæ absq; oi controversia sedula deprecatrix exstitit apud D. N. Iesum Chr. Filium suum dilectissimum pro peccatis oĩum populorum; necnon Missam pro Matura, cursu et more E. Cathed. Posnan. oẽs simul singulis diebus, cum collecta de festo B. V. Mariæ tunc occurrente, cantare ... debeant. Teneantur deniq; pfati Mansarii in ead. E. Par. quotidie incedere superpeliciati et unicuiq; processioni, thurificationi aliisq; officiis... interesse, et Præpto... in oibus licitis et honestis, et præsertim ad cultum divinum et regimen animarum pertinentibus, tanquam suo Prælato, ipsiusq; Vicesgerenti obedire, et in processionibus, thurificationibus, stationibus, matutinis, dum a Choro clericorum cernuntur, Missis et Vesperis diebus solennibus et celebribus superpeliciati interesse teneantur et sint astricti; atq; eos insuper volumus... obligatos ad observationem statutorum per ipsum D. Præpositum laudatorum... laudandorumq; dummodo non sint sacris canonibus contraria. In oibus vero actionibus vitæ ipsi Mansarii Præpto, seu eius Vicepræpto debebunt esse subiecti et obedientes. Delinquentes vero et ab officio viri boni et honesti sacerdotis discedentes, congregatis Fratribus, corrigere et emendare, ac ad officium reducere, adhibitis etiam pœnis arbitrariis..., debebit, servato ordine SS. canonum et Statutorum. Si quis vero adeo rebellis et contumax, quod Deus avertat, ... repertus fuerit, (ut) vel post trinam Præpositi vel Vicepræp. admonitionem vitam... non emendaverit, et ad officium redire non curaverit, eius... Mansaria post Decretum commune Præpositi ~~etiam~~ Collegii Mansariorum vacare censeatur ipso facto, et ad eam... Præptus... alium presbyterum instituere... debebit. Statuimus quoq;..., ut ipsi Mansarii in singulis Matutinis et Vesperis dierum solemnium et celebrium Versiculos cum Responsoriis simul et Gloria Patri etc. cantare et intonare more aliarum Eccliarum, in quibus huiusmodi... Mansariæ existunt. — Ille autem Mansarius, qui Missam Maturam in vice sua cantabit, liber erit illis diebus a cantandis horis canonicis, præter Vesperas, Completorium et Matutinum.

iuxta

12. Sigismundus D. g. R. Pol. etc.... Manifestum facimus....
Quia Nos cupientes cultum divinum in E.Par. in oppido nro
Liw, jurispatronatus nri Regii, augeri Vli Matthiæ de Iezow
Archidiacono Varsch., Tresauri nri Notario et eiusd. Ecclæ
Parocho, de Nobis bene merito annuimus et consensimus,
ut in ea ipsa ecclia Mansionarios instituere et pro ipso-
rum sustentatione ac victu Decimas ~~manip.~~ aliquas ad
Plebanatum eiusq. Rectorem... pertinentes... assignare....
Ita tamen, ut per Loci ordinarium provideatur, quod etiam
post ademptionem a plebanatu pfato eiusmodi Decima-
rum seu proventuum, Parochus... onera ei incumbentia
commode explere, vitamq. suam de residuis proventibus
honeste sustentare... valeat. Quas quidem Decimas sive
proventus per eundem Parochum ex arbitrio Loci ordina-
rii dictis Manriis assignandas seu assignatas ipsi Man-
sionarii... possidebunt et utifruentur.... sine ullius contra-
dictione perpetuo et in ævum. Har. testio lrarum quib. sigil.
n. e. appex. Dat. in Radom fer. 6 in Vigilia SS. Philippi et
Jacobi Apost. A. D. Millmo Quingmo quadragesimo. Reg. vero
nri an. 34. Samuel Ep. Chelmen. Relatio Rmi in Christo Pa-
tris Dni Samuelis Macieiowski Ep. Chelm. R. P. Vicecanc.
(L. S. Regni). — Ibid. s. 87.

13. In n. D. a. Ad r. m. sempit.... Nos Sebastianus D. g.
Ep. Posn. Universis... significamus. Quod cum R. D. Mat-
thias a Iezow Archid. E. Col. Varsch. in E. Cathed. Posn. Cano-
nicus Gnesn. et Parochialis in Liw Possessor et Rector, pium
desiderium perficere cuperet, coram Nobis declaravit,
non vulgare laudis divinæ in E. Par. in opp. Liw fieri
posse incrementum, si extincto Plebani titulo ipsum
in Præpositum et certum ~~x~~ numerum Manriorum ex
dicta parochiali in Liw, quæ sufficienter in proventi-
bus existit dotata, erigendorum comutaremus, acceden-
te ad id consensu Sermi Principis et Dni Dni Sigismundi
D. g. Regis Pol. etc... cuius (consensus) tenor.... est talis:
„Sigismundus etc... (ut supra in numero proxime præterito)...”
Supplicationibus itaq. permoti Dni Matthiæ a Iezow... et
... cultui Divino illius loci et totius parochiæ paterne pro-
videre cupientes, ad extinctionem tituli sui pdicti ac ad
erectionem Mansionariorum procedendum duximus..... No-
stras citationis lrãs in vim cridæ... duximus promittendas.
In cuius quid. cridæ... termino, cum nullus comparuisset

(verte)

curam autem animarum et verbi Divini praedicationem ... ita inter se dividant, ut singulis septimanis singuli, sive bini, ad regimen ecclie et curam animarum diligenter attendant, quemadmodum Vicarii una cum Plebano id antea consueverant... In Pascha vero, sive in hebdomada sancta, eum morem in Horis B. V. Mariae observari volumus..., quem ecclia nra cathedr. Posnan. observat. Ultra vero praedictam Missam Maturam in laudem Glor.mae Virginis Mariae una cum officio Horarum Canonicarum singulis diebus decantandam, etiam ipsi Mansrii ordinem competentem et de canenda Summa Missa singulis diebus per annum inter se tenebunt... Item in Dalmaticis ad Altare circa s. Missae officium Praeposito, vel Viceppraeposito, aut cuicumq. Presbyteri vel confratri, Sacrificium Missae diebus festis et solennibus peragenti, cum debito honore et reverentia ministrare, et sacrosanctum Evangelium Dni una cum Epla, prout ad quemquam illorum pertinebit, pronuntiare, prout vices ipsorum per Praepositum distribuentur. Tenebuntur praeterea duas Missas singulis Quatuor Temporibus anni, praeter Maturam cantatam, et Summam Missam, unam pro Maiestate Regia Fundatoribus... et Coadiutoribus psentis Institutionis vivis, aliam vero pro defunctis celebrare.... Ad haec etiam singulis anni Quatuor Temporibus Officium Vigiliarum sub 9 Lectionibus, cum laudibus et orationibus consuetis, necnon Missam pro defunctis Fidelibus... praesertim pro Patronis ecclie praedictae, et fundatoribus, sub Introitu, qui incipit: Si enim credimus, celebrare... teneantur. Item canticum... Salve Regina post Completorium, vel Regina caeli, pro ratione temporis cum collectis competentibus decantare teneantur. Quod quidem diligenter ab eis et a quolibet eorum observari debebit, ut nemini illorum, nisi exposcente id gravi et urgente aliquo casu, ut ab ecclia pdicta abesse diutius liceat, quam ad 2 hebdomadas. In gravi tamen causa, accepta a Praepto vel Viceprep. venia, cum consensu Mansriorum poterit ad longius aliquod tempus Praeptus cum eo dispensare. Ita tamen ut alius in eius locum idoneus presbyter de consensu ~~Epi~~ Praepti substituatur, et praemium illi de proventibus absentis decernatur... Presbyter, qui morbum aliquem... inciderit, debet esse liber ab oi ecclico onere, sorte tamen eum concernente nihilominus integra manente. In festis autem maioribus solennibus et Duplicibus Praeptus vero

(inaliter

naliter residens Matutinum et utrasq Vesperas, Missas et Officia per se celebrare tenebitur. et absentis loco Viceprepositus supplere debebit, excepta infirmitate, aut in facto ecclie vel in aliqua honesta alia absentia, in qua tamen hebdomadarius Viceprepositi (vices Prepositi?) aut Viceprepositus supplebit. Ipse itaq Prepositus... ut caput, et Manrii ut membra, quam fraterne vivant in Spiritu Dei, h. e. in charitate et castitate, et in oi virtute comaneant, anteponentes in cordibus suis vite sue caduce unanimitatem Spiritus, zelum, sanctam modestiam, honestatem et virtutem, atq sanctam exemplaritatem, religioseq vite famam, quibus nihil prestantius et presertim homini in spualibus constituto. Officia insuper diurna et nocturna cum devotione et diligentia, cumq timore Dei sollicite, non festinando, neq balbutiendo, sed concinne et tractim canendo, in Dei noie perficiant, Deo summo in honorem et Eius Glor^me V. Marie in laudem, hominibus vero in salutiferum exemplum, ut Ipso Rectore et Duce per hec sancta pietatis opera.... mereamur... in celis remunerari. Singuli autem predictorum Manriorum presentati, cum ad .. Manrias recipiuntur, unum fertonem pecun. h. e. 12 gross. usuales pro ineundo ingressu solvere erunt astricti. Que pecunia ad cistam communem pro reparatione domus, cum aliis pecuniis ex animadversione, iuxta statuta, in negligentes collectis, conservabitur. Institutio autem et Investitu .. Manriorum... modo infrascripto observari debebit, videlicet: Coram Vobis Dne Notarie publice et DD. Testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis, Ego N. Prepositus Manriorum ecclie in Liw, authoritate R^mi in Ch. P. D. Epi Posn. ad hoc mihi concessa et attributa vigore privilegii et erectionis, ad Mansionariam ecclie Liv. vacantem post mortem (v. per resignationem v. per privationem) talis etc. Te confirmo, instituo ac investio in fratremq recipio, stallum in choro in parte (dextra v. sinistra) eiusd. ecclie, cameram seu habitationem in domo Manriorum, vocem in Capitulo, in quantum mihi est concessum, tibi assigno. In noie P. et F. et Sp. S. amen. Iuramentum vero... in receptione... Manrii prestabunt... huiusmodi: „Ego N. juro ad S. Dei Evangelia, quod ordinationem erectionis Manriorum, necnon jura, statuta, consuetudines antiquas et novas de unanimi nostrum, tam Prepti, quam Confratrum consensu factas et fiendas et approbatas, Universitatis Manriorum in Liw, pro posse bona fide servabo. Se-

Creta

crete et consilia Capituli, quae mihi fuerint revelata, in damnum et praeiudicium eorum nulli pandam, et universitatis commodum ubiq. salubriter procurabo, nihil alienari in ecclia indebite permittam, alienata ad ius et proprietatem ecclie oibus iustis modis et rationibus, quibus potero, revocabo; et obedientiam in licitis et honestis Prepto et Maioribus meis promitto. Sic me Deus adiuvet et SS Dei Evangelia." Insuper ordinamus ut Procuratores seu Vitrici eiusd. ecclie per Preptum et communitatem Parochianorum, iuxta antiquam consuetudinem hactenus servatam, ac iuxta statuta provincialia, certo aliquo die eligantur, qui pecuniam et eleemosynas ad usum ecclie datas colligant et conservent, ex quibus vinum et farinam ad hostias et sacrificia Missarum necessaria et ceram coemant et provideant, cum scientia tamen et voluntate Prepti et Mansriorum. Cui (Prepto) de oibus perceptis et expensis annis singulis debitam facere debent rationem. Quodsi pecuniae ex eleemosynis collectae non sufficerent pro vino hostiis et cera comparandis, exturie ex aliis obventionibus et proventibus defectus suppleatur... Ut autem pmissa oia ... robur obtineant perpetuae firmitatis... psentes lras scribi et per Notarium... subscribi, et sigilli nostri appensione fecimus communiri. Act. et Dat. in Kozlow A. D. Millmo Quingmo Quadragesimo secundo. Indict. XV. Pontif. SS. in Ch. P. D. N. D. Pauli d. prov. Papae III. anno VIIIº, die 29 mens. Martii. Praesentibus tunc Nob. ac Gris DD. Joanne Latinowski Archidiac. Calissien. Posnan. et Sendomirien. etc., Canonico, Cancellario, Stanislao Golanski Can. Calissien., Felice Choynowski Artium et Med. Dre, Prepto ecclie in Jarocchin, Phisico, — Stanº Oczoszalski Marschalco, Hieronymo Buzenski Thesaurario et Adam Szwciachen Incisore et aliis quam plurib. fid. dig. familiarib. Curiae nostrae, Testib. ad pmissa adhibitis et requisitis.

Et.. ego Martinus Josephi de Gnesna eiusd. Dioec. Cleric. s. auth. ap. publ. etc. Notarius... pmissis... interfui etc... (Sign. Notarii) (L. S. Eppalis.) — Ibid. s. 65-71.

14. A. D. 1545. fer. 4. post Dnicam Oculi Quadragesimalem coram Actis Castren. Liven. N. Nicolaus ol. Stanislai Dzierzanowski 2 marcas census annui, a summa princ. 20 sexag., pro mensa communi Mansriorum Liven. in bonis suis Dzierzanowo inscribit. Inscriptio haec ingrossata ad

Acta

Acta Cons. Vars. A.D. 1556. die Saturni 4 Januarii. – Ibid. s. 99.
15. Sigismundus Augustus D. g. Rex Pol... Significamus... Quia
cum intellexissemus Providos Consules Consulares totumque Magi-
stratum, consentiente etiam ad id populo omni, seu comunitate
oppidi nostri Liw, vendidisse perpetuo, in vim tamen re-
emptionis, als na wyderkaff, Executoribus Testamenti Pro-
vidi ol. Pauli Pannitonsoris, eorundem etiam, dum viveret,
civis, censum annuum... 9 floren. et 10 gros. (30 grossos
in 1 flor. computando) num. et mon. pol. singulis annis
Altaristę altaris istic in Ecclesia sua parochiali erigendi et
fundandi, ex bonis suis omnibus... et redditibus eiusdem Op-
pidi et Prętorii solvendum. Supplicatumque est Nobis etc...
Cui supplicationi annuentes,... contractum inter... oppidanos
et Executores Testamenti... approbamus,... et erectionem Al-
taris eiusmodi fieri, censumque libertati ecclesiasticę adscribi per-
mittimus, ita tamen, quod... ipsi Incolę oppidi... , non obstan-
te eiusmodi adscriptione, expeditionem bellicam et cętera o-
nera Reipublicę... pręstent et pendant. Insuper autem, dum
postea iidem ipsi Oppidani... summam principalem (70 sexag.
gr.)... reddiderint,... tunc consentimus..., id semper iam inde
perpetuis temporibus licere Altaristis et Patronis (alium cen-
sum emere)..., etiam Nobis aut successoribus nostris... minime
requisitis; ita tamen, ut nihilominus proprietarius bonorum
illorum, in quibus census eiusmodi comparatus fuerit, semper
quantum uno floreno pol. estimari possunt, similiter ex mani bus provisorum... Durante tamen vita fundatoris... Praepitus pro arbitrio ipsius Fundatoris ex mutua compositione salariabitur... Et idem Praepositus... dispensationi de non residendo ... renunciare... erit adstrictus,... tenebitur qualibet septimana (duo sacrificia... lecta, durante quidem vita fundatoris pro remissione peccatorum et salute eiusdem, ac praedecessorum et successorum ipsius. Alterum vero sacrificium pro defunctis praecessoribus eiusdem fundatoris cum commemoratione in Canone ...variorum sacerdotum benefactorum, diebusquibus sibi placuerit; Intercedente vero morte fundatoris, pro eodem defuncto et ipsius praedecessoribus unum sacrificium cum commemoratione in Canone omnium sacerdotum et aliorum quorumvis benefactorum; alterum vero pro remissione peccator. et salute vivorum successorum fundatoris... cum commemoratione animae fundatoris expedire perpetue et in suum in vino ecclie et (in) apparamentis et circa candelas eiusdem ecclie Piasec. apud altare quod sibi placuerit, nisi per fundatorem successu temporis aliquod Altare ad id designetur... Paracho... ad praemissa omnia nomine suo et suorum successorum consentiente. Quodsi vinum ecclie aut cera defuerit,.. ex proventibus Hospitalis comparanda sunt. Ita tamen, quod intercedente morte fundatoris suprascriptum Missae sacrificium pro vivis die Dnico seu festo expedire, et cum eodem sacro praesentiam Senioris ex familia fundatoris, patroni Hospitalis et Praepositurae... expectare ad horam 10.am medii horologii idem praepositus tenebitur. In quolibet autem quartuali... uno die Quatuor Temporum loco sacrificii pro defunctis praedecessoribus Fundatoris, aut ipso fundatore, tenebitur Praepitus. sacrificium lecta Missa pro defunctis omnibus variis sacerdotibus huius Hospitalis et Praepiturae et aliis quibusvis benefactoribus expedire, et processionibus publicis superpelliciatus interesse in ordine sacerdotali debet... Praepositus... bonae administrationi per Provisores.. et pauperum convenienti sustentationi intendere, ac decimas, pensiones et proventus pro eodem Xenodochio spectantes, una cum provisoribus.. sumptibus Hospitalis exigere et... repetere, pecuniamque omem... una cum provisoribus in cista seorsiva, sub sera et clave suo et provisorum in sacristia ecclie in loco tuto observare, et pauperibus Xenodochii sacrista... administrare et in officia pauperum et provisorum intendere... erit adstrictus. Provisores autem..., unus iuxta submissionem Officii Consularis et totius comunitatis Piasecen... eligi aut confirmari debet quotannis per Proconsulem et Consules Piasec. | circa electionem Proconsularem, ex civibus Piasec. vir bonus, et pius, ad sublevandam inopiam pauperum zelosus.. Alter autem quotannis per Parochum... ex

paro

parochianis Piasec... vir bon. p. et ad sublev. inop. paup. devotus et officiosus, iuxta submissionem moderni Parochi pro se et suis successoribus factam, eligi debet... Provisores Xenodochium... administrare, alimenta pauperibus... ex proventibus... competentia providere, iuxta ordinationem fundatoris durante vita eiusdem, intercedente vero morte eius... per patronos et Praepositum faciendam, ac pro necessitate temporis meliorandam ac immutandam... In administratione et provisione... omnia cum consensu et consilio Praepositi facere tenebuntur. Quodsi Prpto administramen. et provisio eorundem Provisorum displicuerit, aut bono illorum proposito et administrationi temere contradixerit,... cognitio huiusmodi intentionis et propositi modiq. provisionis per R. D. Offlem Vars. ... sine quovis strepitu iuris, una saltem citatione praemissa et partium rationibus summarie auditis decidatur et declaretur absq. appellatione. Insuper provisores cum consilio et consensu Prpti et, si necesse fuerit, cum ipsius auxilio, decimas Hospitalis sumptu custodire, et manipulare(?), pensiones et alios proventus Xenodochii exigere et recipere, et in cista seorsiva sub seris et clavibus suis... et Praepositi in sacristia... reponere, et pecunias ex eadem cum consensu mutuo et Prpti recipere ac in provisionem pauperum... convertere; frumenta ex decimis ... cum consensu suprascripto divendere, ac in cistam... pecuniam exinde collectam imponere, perceptamq... et expensam... in registra ordinata inscribere, et de expositis et administratione Hospitalis quolibet anno pro festo S. Jacobi Ap. rationem sufficientem, in domo plebanali coram Parocho et Prpto et duobus ab Officio Consulari Piasec... deputatis facere et... in librum... introligatum sumptu Hospitalis inscribere tenebuntur... Durante vita fundatoris ipsimet fundatori eandem rationem, seu ipsius deputato... facere tenebuntur. Quodsi in faciunda ratione Provisores per Parochum aut Prpptum aut deputatos Officii consul... implicati fuerint, quietationemq... obtinere non valuerint, recurrendum est eisdem ad R. D. Offlem Vars.., et obtinenda est ab ipso comissio, in personam alicuius presbyteri viri boni..., coram quo et Parocho, Prpto et deputatis officii consul., aut iis seu aliquo ipsorum deficiente, coram eodem Comissario et aliis non detrectantibus facienda est denuo huiusmodi ratio, et... obtinenda quietatio. In eventu autem neglectae per Provisores, Parochum et... aliquo anno rationis percepta et distributor., aut minus fidelis... administrationis..., Patronis.. et Instigatori Off. Cons. Vars. et praecipue Vli Caplo Vars. — quod Caplum Fundator in Protectores Hospitalis... assumit, invitat,... — liberum erit negligentiam... iure mediante, sumptibus Hospitalis vendicare.... Provisores... cum

(Prep.

praeposito pro retentis decimis etc. iure agere sumptu Hospitalis,
.. e perceptis insimul quietare.. et in cistam [illegible] imponere.. ~~tenebun-~~
~~tur~~...Qualemvis pecuniam ex proventibus... nonisi in necessi-
tates pauperum in eodem Hospitali degentium... erogare tenebun-
tur, discrete pro futuro anno in eventum carioris annonae
aut vilioris crescentiae decimarum, in cista residuum re-
linquendo, ac nullo praetextu... quaevis persona in quantacumq.
dignitate constituta audere debet... pecuniam mutuare, etiam
ad modicum tempus, etiam sub praetextu pietatis et necessita-
tis publicae et assecurationis sub poena excois latae sententiae,
in [illegible] quovis talium autore, praemissa unica monitione de-
claranda, et sub poena refusionis in duplo in tempore arctissi-
mo, processu summario absq. quavis appellatione terminando,
Nisi forte qlis fames insolita.., ex qua homines inopes morti
subiicerentur et aliunde refici non possint, ingruerit, extunc
cum consensu Patronor. et Officii Spualis Vars. ac Capli Vars.
pecunia (et proventus) ultra provisionem pauperum in eodem Hosp. degentium
residui, in suprascriptam necessitatem famis converti poterunt.
Ad.. Xenodochium.. nonnisi vere languidi et senectute decrepiti,
laborare non valentes, nec aliunde victum habentes, per
provisores cum consensu Praepti et Parochi suscipi debent
et retineri tamdiu, quoad languores cessaverint et huiusmo-
di provisione indiguerint. Existente autem...aliquo pauperum
ad hosp. suscepto, discoli, scandaloso aut nimis morosa et
ex quacumq. alia ratione eleemosyna indigno, liberum erit
huiusmodi pauperem... provisoribus cum cons. Praepti et Par...
ab eodem Hosp. et provisione amovere. Similiter si aliqua per-
sona morbo contagioso aliquo infecta fuerit... ex eodem Hosp. amo-
veri, aut ratius omnino non suscipi.. debebit. In susceptione et amo-
tione nullus...favor debet habere locum, sed duntaxat...pauperis
vera inopia, languor, senectus decrepita et ex oi parte victus
destitutio, sub onere conscientiae gravissimo. Quodsi in suscep-
tione (aut amotione)... pauperum.. alicuius.. provisores cum Praepto.. vel Parocho
.. in ~~suo~~ iudicio indigentiae et idoneitatis discordaverint,...
recurrendum est ad arbitrium.. R.D. Offlis Varsov. sine quo-
vis strepitu iuris et.. appellationibus... Si successu temporis
familia stirpis Fundatoris provisione in eod. Hospitali ali-
qua persona.. languida, decrepita et victu prorsus destituta
indiguerit,.. habenda est maxima ratio in susceptione hu-
iusmodi personae et competenti provisione... In eodem hospi-
tali...in seorsiva stuba (seu stubis) pauperes sexus masculini, et in
seorsiva... sexus foeminei habitare debent... Parvulae stubae

pro una vel aliquot personis non habeantur..., sed in stubis
communibus pauperes insimul inhabitent, lectulis apte
cuilibet illorum dispositis. Nihilominus tamen duę stubę
parvę: una pro infirmis.. masculis, altera pro infir..
foeminis... habeantur, propter comoditatem infirmorum..
Ita tamen quod postquam infirmus convaluerit, ad
locum suum Stubę Comunitatis reverti... debebit.. Obser
vandum quoq; erit perpetuo, quod pauperes coniuges u
triusq; sexus... ad hoc hosp. suscipi non debent; sed si vir
fuerit susceptus, uxor ipsius nequaquam etiam ad seorsi
vam stubam, - similiter si uxor fuerit suscepta, maritus
nequaquam.... suscipiatur, et nullus seu nulla a coniuge
.. in eo. Hosp. matrimonialiter conveniatur:.. Omni pau
perum.. susceptorum... erit officium..: quolibet festo Nativ.
Resurr. Ascens. Resti Dni et Pentecost. ac festis Assumpt. et
Conceptionis B. V. M... praemissa Confessione,... sacro Euchari
stię.. refici, ac quolibet die in ecclia parli tiasec.. circa Di-
vina interesse,... pro salute fundatoris (vel post mortem).. pro
anima eiusdem.. tres Orationes Dnicas et 3 Salutationes
Angelicas recitare,..et circa quodlibet sacrum..pro funda
tore.. Lytaniam de Sanctis, vulgari sermone, uno ipsis in
tonante... devote.. recitare... omnes... imbecillibus exceptis lan-
guidis infirmis, qui id domi adimplere tenebuntur. Simi
liter quolibet Dnico die et festo celebri oes pauperes in
ecclia parli seu porticu ecclię cantionem polonicam
dictam Bogurodzica oia mysteria fidei in se complectentem
cantare... tempore.. a cantu aliorum Divinorum officiorum
vacuo tenebuntur. Ac insuper iidem pauperes... quolibet
die Dnico et feria sexta, post horas vesperarum, ante
quam cubilibus se accinxerint, Vitas Sanctorum ex li-
bro sumptibus Hospitalis comparando, uno in qualibet stu
ba communi praelegente, per decursum unius horę audi-
re, et uno similiter intonante Orationem Dnicam, Salu
tationem angelicam, Symbolum fidei, Decalogum ac 5
praecepta ecclica clara voce propter studium ignoran-
tium.. recitare.. post lectionem tenebuntur; cum conclu-
sione per lectorem in vita fundatoris: „Dnus fundato
ri dimittat peccata"; - post mortem vero fundatoris: „Re-
quiescat fundator in pace." Et respondeant pauperes: „Amen."
Quoties necessitas exposcerit... pauperes validiores... hortos
olerum pro mensa pauperum inseminatos extirpare, se-

modo

nodochium et ecclesiam partem purgare, ac... provisoribus et preposito in negotiis hospitalari inservire tenebuntur; ab aliis vero servitiis... immunes esse debent. Pro impetranda quoque eleemosyna panis qualibet feria sexta unus vel duo pauperum cum cophinis et tinnulis procedere debent per oppidum et villas partes proximiores; similiter pro impetranda cerevisia semel in septimana cum amphoris duo duntaxat pauperes incedere debent, et panem ac cerevisiam impetratam in communem usum convertere... Similiter et caules et rapę et alia legumina si... impetrabuntur..., converti debent. Pro impetranda vero pecunia modo eleemosynę in porticu ecclesię omnes quidem validiores pauperes astare debent, et vasculum occlusum... habere, et quicquid aliquis illorum impetraverit eleemosynę pecuniarię, in hoc vasculum mittere tenebitur. Quod vasculum per provisores semel in septimana... aperiri debet; et eleemosyna... ex eo ęqualiter inter pauperes omnes hospitalis dividi... Quod si pro omnibus non suffecerit, septimana sequenti aliis pauperibus erogandum erit..... Pro impetranda autem quavis eleemosyna ~~pel~~ plures pauperes discurrere per oppidum in privatos suos usus non debent, sed saltem 2 pauperes cum vasculo occluso die Dominico a prandiis apud oppidanos eleemosynam pecuniariam in usum communis distributionis, et ab hospitibus per oppidum transeuntibus...., quoties opus fuerit, impetrare debent. Eleemosyna vero pecuniaria per aliquem ad hospitale missa, seu legata, et in casa circa viam ad id constituenda impetrata in...usum mensę communis et necessitatem hospitalis converti debet. Nihilominus tamen durante vita fundatoris omne administramen...hospitalis, dispositio et victus, aliorumque... ordinatio... fundatori... pleno iure reservatur. Ad extremum Iuspatronatus et collationis Hospitalis et Preposituræ.. durante vita fundatoris, eidem plenum et integrum... reservamus. Post mortem vero eius ... in tres partes ęquales dividendum esse decernimus..... Primam partem eiusdem Iurispatr. et coll. concernere debere unum ex familia stirpis Fundatoris propinquiorem, natu seniorem, sexus virilis, catholicę religionis. Deficientibus vero (iisdem propinquis)... vel negligentibus.... eandem partem Iurispatr. et coll. Vli Caplo Varsov... assignamus. Secundam vero partem... Vli Parocho..in Piaseczno... spectare debere de-

cernimus

ceminuus. Tertiam proconsuli ~~et~~ cum consulibus... oppidi Piasecz no.... Et si procons. cum consulib. super collatione discordaverint, maiorem partem consulum ~~cum~~ et proconsules... praeferendam esse minori parti consulum et proconsulis declaramus. Hocq. Iusp. et coll.... cuilibet parti suprascriptae... ex mente fundatoris... attribuimus. Quodsi collatores... inter se discrepaverint, collatores duarum partium.... inter se consentientes praeferendi sunt uni parti discrepanti. Et si neutra pars cum altera in eadem collatione consenserint..., per arbitrium R. D. Offlis... causa huiusmodi discordis collationis... decidatur. In quorum fid. etc... Dat. Varsoviae in aedibus mansionis nrae prope Hospitale S. Martini die 24 Januarii olet. feri 6 post fest. S. Agnetis Virginis An. Dni Millmo Sexcemo vigesimo (1620). Alexander Swiecicki Schol. Vars. etc. mp. Et quia ego Stanislaus Gelusinus Can. et Mansion. Vars. S. et Aplica auctte Nrius publ... psentibus interfui etc..

A. K. W. L. XII. f. 104-112.

Powsin.
Erekcya. 1398.

A. D. 1622, die Veneris 23. Septembr. coram... Offli Vars... Dd. Christophorus Luczewski Pleb. ecclię in Powsino et Dds. Stanus Ciołek et Georgius Odrzywolski hæredes patroni et collatores eiusd. ecclię.. produxerunt privilegia et Iura in pergameno scripta, appensione sigillor. communita....

In Christi noie Amen. Ab anno Nativitatis eiusdem Millesimo (Trecentesimo)[1] XC octavo Indictione sexta XXVIII die mensis Junii[2] vel quasi in domo Nobilis et Virtuosę Dnę Helizabeth in Powsino relictę quondam Nlis viri Dni Andreę fœlicis memorię Palatini Czernen. Pont. Sanctissimi in Chr. Pris et Dni Dni Bonifacii Papae noni, Anno ipsius nono Constituti prędicta Dna Helizabeth personlr de consensu filiorum suorum Viganti Andreę Stanislai et Clementis coram me Notario publico infrascripto testibusq. subscriptis diligentissime petivit Rndum in Chr. Patrem et Dnum Dnum Nicolaum Eppum. Charpatensem et Suffraganeum Posnan. ut ob remedium animę viri sui et ob remedium oium fidelium amicorum in Powsino ecclam fundaret ad honorem Deo Oipoten. et Beatę V. Marię Sancti Andreę et Sanctę Helizabet ipso tamen Clemente annuente prędicta Dna cum consensu pdictorum filior. suor. dedit contulit et donavit eidem ecclię in P. Primo ab aequinoctiali angulo posteriori Ciminiterii fere per XI passus versus ęquinoctium Tunc ab illo loco directe ad fluviolum qui dicitur Potok et sic versus sinistrum penes pdictum torrentem usq. ad fossatum De fossato vero ad angulum ad publicam stratam seu viam quę ducit de Varsevia in Czersk et ita iuxta pfatam viam recte iuxta orbitam vię usq. ad metationem Plebani poterit ecclię ibi Plebanus locare colonos hortulanos et unam tabernam et facere modo suo prout sibi melius videbitur expedire. Prȩterea pnoiata Dna cum suor. filior. consensu duos mansos liberos ecaticos contulit in libertate Powszinensi. Insuper pdicta D. cum cons. fil. suor. contulit decimas in Powszin in libertate Powszinen. et in Narty post laboriosos suos et filior. suor. ex integro et nepotum et pronepotum temporibus ęternis ad ecclam in P. Item habebit Plebanus pdicta ecclia in hęreditat. pdicta libera pascua et lignorum excidia atsq. damno Super quib. omnib. et singulis pdicta Dna sibi a me publico Nrio infscto petiit fieri una cum appensione sigilli pdicti Dni Eppi psens publicum instrum. Acta

sunt

sunt An. Indict. Mense hora loco Pontif. quib. supra. Praesentibus Nobilibus et Discretis viris Dnō Stan° de Turowice herede Styboric Ioanne Capellano Nicolao Nor (Notarius) curiensibus Dnī Epī Koislao de Iazgarzewo et Polesta de Lieciszewo Pletanis testibus ad pmissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Thomas quondam Nicolai de
Publicus imperiali auctoritate Nrius Cler. Gueznen. Diœc. pdictę supplicationi benignę supplicationis acclinationi donationi dationi largitioni ac aliis pmissis una cum testibus pscriptis psens interfui eaq oia et sing. dum sic ageretur et fierent vidi et audivi et in hanc formam publicam redegi meaq manu propria subscripsi sig... nomine meis solitis consignando rogatus et requisitus ... fidem et testioium oium pmissorum.

Tenor alterius privilegii Powsinensis.

In n. D. a. Illis libenter intendimus et ad ea totis cordis nostri desideriis aspiramus, per quę dispendiis Christi fidelium nobis subiectorum succurritur et honor divini Nominis ampliatur. Proinde Nos Albertus D. gr. Ep. Posn. significamus tenore psencium quibus expedit universis Quod cum villę Powsino Seziora et Lisy nrę Diocesis in parochia ecclię in Milanowo eiusdem nrę diœc. consistentes ab eadem ecclia sint nimium elongatę Et Christi fideles utrinq sexus in eis degentes propter longam locorum distantiam ipsam ecclīam in Milanowo certis diebus pro audiendis divinis officiis et pro suscipiendis ecsticis sacrīs prout tenentur non valeant frequentare Nos ipsis Christi fidelibus in hac parte paterne consulere cupientes ad petitiones instantes Strenuorum Nobilium Migandi de Ostrelaṇki dicti Cziołek de Zelechow ac Nlis Clementis de Bielawy

in Powsino novę plantationis pro parochia duximus adiudicandos et

in virtute sanctę obedientię et sub excomunic. pœna mandamus Quatenus homines utrinq sexus

sed quod homines villarum pdictarum in pdicta ecclia novę plantationis in Powsino decerto (de cętero?) divina audiant officia

universa ecstica percipiant sacrta Ut autem cultus divinus in ead. ecclia sin l. per Rectorem ipsius qui fuerit

pro

pro tempore et alios eius ministros eo decentius peragatur Decimas in predicta villa Lisy post araturas omnium agricultorum ad mensam nram eppalem pertinentes que nondum nobis propter novam eiusdem ville creationem dari et solvi sunt incepte ac etiam decimas post araturas duorum mansorum in villa Kabaty ad dictam nram mensam pertinentes eidem eccle in P. adiungimus, annectimus et incorporamus Incorporantes etiam eidem eccle in P. pdictos duos mansos in Kabaty duo prata unum prope villam Kabaty pdictam et aliud circa Narthy alias na Stainiach ~~sed~~ ac duos hortos ibidem in Powsino Unum circa viam que ducit Varsoviam et alium circa domum plebani eccle pdicte et circa viam que ducit ad pdictam villam Kabaty. . . . . Dnum Ligandum Vexilliferum Varsovien. dicte eccle in sue et suorum salutis remedium assignatos per Rectores eccle pdicte in P. qui fuerint pro tempore tenendos habendos et perpetuis temporibus possidendos harum quibus sigillum nrum appensum est testimonio lrarum Act. et Dat. in Curia . . . .

Anno Dni Millmo Quadringo Decimo Presentibus hominibus(*) et Discretis Viris Alberico Archidiacono Varsovien. . . . . Andrea de C. . . . Clerico Posnan. Cracovien.

(*) Zapewne Nobilibus, zam. hominibus było w oryginale.

<u>Tenor tertii Privilegii:</u>

In n. D. a. Stanislaus D. g. Ep. Posn. Ad p. r. m. Paterna solicitudine excitamur, ut ea que in prosequutione divinorum officiorum ex discordia personarum ecsticarum causam impedimenti subministrant et scandalis viam prebent in meliorem conditionem redigamus. Cum itaq prout evidentia facti nos docuit discordiarum anfractibus, que ut plerunq inter Rectorem eccle par. in Powszino ex una et Altaristam ibidem insurgunt quod divini cultus celebritas diminuitur scandala oriuntur in populi Christi fidelium tepescit devotio et onera Altari et debita negliguntur Ideo paterno studio premissis providere cupientes ut digne et laudabiliter absque murmure et contentione serviatur Auctori pdictum Altare cum decima ibidem in Powszino manipulari cuiuslibet grani ac cum omnibus . bus et obventionibus quemadmodum Altari et Altaristis pdictis per Nos cum consensu Vlium Dnor. Frum Mense eppali Posnaniensi donata fuit et est pro Rectore eccle parlis ibid. in Powosino et eidem sua authoritate ordinaria incorporavimus et annexuimus ac invisceravimus et presentibus incorporamus, unimus annectimus et inviseramus

. . . .

lebano

Plebano qui pro tempore fuerit una cum decima et
ac obventionibus universis tenendum habendum possidendum
tenore presencium decernentes Quatenus Plebanus
Altaris qui pro tempore fuerit per se vel sin
gula onera prout in lris Posnanien. latius
est eidem Altar. in quo con-
scientiam Plebanorum pro tempore existentium oneramus Atq.
quilibet Plebanus unico beneficio scilicet
Eccl'ia et Altari predicto sit contentus Et si quod aliud assequu
tus fuerit eandem ecc'liam facto Neq. idem Pleba
nus se a sua ecc'lia sine causa rationabili absentare pote
rit Sed si aliqua causa forsitan occurrerit licen
tia patronorum ecc'lie et Altaris huiusmodi obtenta non
gerende rei exposcit Qualitas Si vero ad limina
beator. Petri et Pauli aut alias ulterius partes marinas se
ex devotione aut alia causa inevitabili conferre
voluerit concedetur sibi absentie licentia largior examina
ta causa per patronos Et quod nihilominus in absentia
sua alius Presbyter idoneus substituatur qui debitum Pleba
ni et Altariste persolvet prout onera cure Animarum
et Altaris p'dicti exigunt et requirunt. In cuius rei te
sticium sigillum nrum p'sentibus est appensum. Act. et
dat. in Stbicowo die ultima Mensis Anno Dni
Mill.mo Quadring.o Trices.o tertio.

Tenor quarti privilegii.

In n. D. a. Nos Stanislaus D. g. E. P. Ad ~~p~~ m. rei
semp. Ad exequendum pastoralis ~~debiti~~ officii debitum
vigilantibus studiis intendentes etc... Sane attendendo Quo-
modo olim R. D. Andreas Laskary* predecessor noster p. rec.
debito pastoralis officii excitatus animadvertens Quod Recto-
res ecc'lie par. in Powsino nre Diecesis Posn. de proventis
ipsius ecc'lie commode sustentari et cultum divinum adau
gere non possent Volensq. paterna pietate motus ad augen
dum in dicta ecc'lia divinum cultum faelicibus iugiter incre-
mentis valituris dicte ecc'lie et Dnis Rectoribus pro tempo
re existentibus fertilius salubriusq. consulere ut ad divina
famulatus obsequia Christi fideles devotus semper amor
et ipsos ecc'lie Rectores pro temp. existentes inflammet et
ad ea exhibenda affectuose concurrant exurgantq. tanto
ardentius quanto se uberioribus senserint prerogativis con-
solatos Certas villas videlicet Kabaty Jeziora Bielewo
et Okrzesiwo ac homines utriusq. sexus easdem villas in

habit.

habitantes ad pdictam eccl. in B. et ad ipsius Rectores pro
temp. exist. ac ad discretum Stephanum rectorem ecclis ibid.
in B. noie dictę suę ecclię iure parli adiunxerat et attri-
buerat Ordinaria Autoritate Quę villę et ipsarum incolę
a tempore dictę adiunctionis et attributionis ad dictam eccl.
in B. spectabant et pertinebant spectantq usq modo et per-
tinent ac ecctica Sacrta perceperant et nunc percipiunt
in quorum possessione ac jurium parlium ipse Stephanus
fuit et hucusq est nemine impediente pacifica et quieta
Quia tamen Andreas rector eccl. par. in Milanowo de dictis
villis Kabaty Dexiora Bielewo et Okrzesimo et incolis i-
psarum columbationem als Kolenda et Denarium S. Petri
recipit nullo sibi iure ad hoc competente Cum tamen na-
turę consonum existit illos sortiri rerum comoda et com-
plecti qui ponius diei et aestus oneraq et curas sufferunt
quotidianas Ideo nos principiis memorati Dni Andreę
Laskary prędec. nri exemplisq salutaribus ad similia vo-
cati Recensentes etiam quod inter quęq pietatis opera
quę viros misericordes declarant potissimum existit ut qui
cultus divini augmenta et famulatus benigne libenterq
suscipiunt seq spualibus Ecclię S. Dei occupant obsequiis
et curis, sunt uberioribus favoribus et gratiis atq proga-
tivis prosequendi utq idem Stephanus Rector E. par. in
B. pfatę et sui successores p. temp. exist. ad divinum
cultum et debitos ecclię profectus foeliciter adaugendos
ardentius incendantur et prosiliant. Ne ipsam ecctiam
et Rectores ipsius quis in pmissis iuribus parlibus per-
turbare velit nec possit eidem ecclię et suis Rectoribus
prout ex iniuncto nobis divinitus pastorali officio obliga-
mur prenominatas villas videl. K. D. B. et Okrzesimo
ac aliam villam Narthy vulgariter nuncupatam et hoies
utriusq sexus in eisdem habitantes ad dictam ecctiam in
B. et ad ipsius Rectores pro tempore exist. cum oibus et
sing. iuribus parlibus in dictis villis existentibus una cum
columbationibus et denario S. Petri adiunximus et attri-
buimus ac tenore pntium perpetuis temporibus adiungi-
mus et attribuimus incorporamus et inviseramus. Prędeces-
soris nri pfati Andreę Laskary pro tempore attributionem
et adiunctionem psentis scripti patrocinio confirmantes.
Comittentes dicto Stephano Rectori eccl. pfatę in B. et aliis
p. temp. exist. curam et regimen animar. ac administra-
tionem temporalium quantum ad iura parlia una cum

Colum

columbationibus et denario S. Petri ac aliis questibus proven tibus juribus redditibusq. in dictis villis et hoibus earum utriusq. sexus existentibus. Mandantes etiam oibus et sing. incolis utriusq. sexus villar. pdictar. K. T. L. et L. ac Narthy ac sub pa. excom. iniungentes, ne pro ecclesiis sacris percipiendis ac juribus partibus quibuscunq. haben dis aut solvendis ad nullum alium quam ad dictum Stephanum rect. eccl. par. in B. et ad eius succ. p. temp. exist. accedere quoquomodo psumant sibiq. et aliis qui fuerint pro temp. dictae ecclis Rectoribus de oibus et singulis iuribus partibus et columbatione et denario S. Petri respondeant et tanquam Patri et Pastori Spuali amatori ipsorum obediant et intendant perpetuo et in aevum. Inhibentesq. Rectoribus sive Plebanis ibid. in Milanowo tam psentibus quam futuris p. temp. exist. sub poenis Juris et Statutorum Quatenus in huiusmodi villis et qualibet ipsarum, ac incolis utriusq. sexus earundem, et iuribus ac columbatione et denario S. Petri aliisq. partibus attinentiis appendiis et pertinentiis quomodolibet ad ipsas villas spectantibus per amplius se non intromittant quovis quaesito colore. Caeterum ut ad ipsam ecclam universi Christi fideles ferventius animentur et eidem pio supplendis defectibus et ruinis liberalius subveniatur Oibus Xsti fidelibus vere confessis et contritis ac poenitentibus qui eandem ecclam in Towsino feriis sextis Dnicisq. diebus per totum anni curriculum devote visitaverint aut qui manus adiutus pro reformatione et fabrica ipsius porrexerint aut Dnicam Orationem et Salutationem Angelicam cum Symbolo Aplor. devoto corde dixerint, vel Cimiterium ipsius ecclis cum orationibus et bono proposito devote adierint Recitando divina officia in dicta eccl. audierint Quotiens et quandocunq. pmissa aut aliquod pmissorum fecerint devoto corde et contrito de misericordia Dei Oipotentis et Beatorum Petri et Pauli Aplorum eius autoritate confisi 40 dies indulgentiarum de iniunctis eis poenis, misericorditer relaxamus Harum quib. sigil. nrum psentibus est appensum testio literarum Act. et dat. in Kozowo f. 6 ipso die BB. Petri et Pauli Ap. año Dni Millo Quadringo Tricesimo sexto. Praesentium Harum quantum fore volumus perpetuo valitur. ad morem indulgentiarum praescriptarum.

Tenor quinti Privilegii.

In n. D. a. Universis et sing. psentium notitiam habituris

ris Nos Paulus de Golambie Nicolaus de Zalesie Stanus de Michałowo Canii Vars. Petrus de Sosnkowo Nrius Terr. Vars. Gottardus Sestes de Służewo Arbitri Arbitratores et amicabiles compositores communiter assumpti et electi per Hlem Petrum Plebanum ex una et Nlem Andream Succamer. Vars. heredem in Powsino ex altera partibus de et super certis discordiis differentiis dissensionibus damnis controversiis dissensionibus et litibus inter easdem partes quomodolibet exortis et suscitatis et ancxe compromissi in nos et eorum Nrii subscripti de alto et basso facti et sponte assumpti auditis hinc inde partibus quę unusquisq. pro suo interesse dicere et allegare voluit vallata prius pœna 60. florenor. hungaricat. pro medio parti tenenti et pro medio ecclię Collegiatę S. Joannis Bapt. Varss. per partem non tenentem solvenda Dicimus et pronuntiamus laudamus et per hanc nram sententiam arbitralem definimus primo et principaliter Quod una pars a... ...tiam quod ibidem iracunde fecerunt et oes displicentias et controversias eis invicem dimiserunt inter se quomodolibet ortas et suscitatas Nunc oia inter eos sit pmittitur facta nos prefati arbitri sopimus et mortificamus Insuper per eandem nram sententiam arbitralem laudamus et pronunciamus Quod Nlis. Andreas pfatus cum suo germano olct. Dno Stanislao Debet et presentibus sit astrictus emensurare duos mansos plenaria sufficienti mensura pro agris Sanctuarii ecclię in P. juxta privilegia erectionis fundationis et dotationis Item laudamus dicimus et pronuntiamus Quod idem Dnus Andreas restituet et restituere debet ortum seu equirearium alś Grodz ubi solet idem Plebanus ab antiquo equos pascere et ad pascendum immittere et servare iuxta dispositionem privilegiorum. Iterum nos Arbitri pfati laudamus et decernimus ut idem Dnus Andreas per amplius non impediet non inequitabit nec spoliabit nec per alios olct filios et familiam impedire et spoliare permittet nec quovis modo permittet Plebanum et suos successores sub pœna vallata prescripta Quam quidem sententiam arbitralem pdictę partes et se inviolabiliter observare submiserunt In quor. oium et sing. robur et firmitem pmissor. hanc sentętiam nram arbitralem sigillis nris communiri et per Nrium publicum infrascriptum coram nob. pmissor. scribam subscribi et

publie

publicari jussimus et fecimus. Act. et Dat. Varsoviae A°.
Millmo Quadring° Septuag° primo. Indictione V. Pontificatus
SS. in Ch. P. et D. D. Sixti.. Papae IV anno ipsius primo Hora
nonarum vel quasi in oppido Warsovie Poznan. Dioec. in
domo habitationis Hlis Pauli de Gołambie Can. Wars. in pa-
latio superiori ante Caminatum. Praesentibus hic ic. Hlibus
Joanne Pleb. in Jazgarzewo et Mathia Manrio Petro Kroszka
Vic. perp. Varsov. et Bartholomeo vic. in Powsino testib. circa
praemissa vocatis et specialiter rogatis. Subscriptio Nrii.
Et ego Sigismundus Pleb. in Januszewo Cler. Dioec. Posn.
publ. Imperiali autor. Nrius ac coram memoratis Arbitris
et Arbitratoribus

A. K. W. 1. XII. f. 228-231.


Erekcya Kanonii w Kollegiacie Poznańskiej in summo.

In n. D. a. Ad p. r. m. Cum omnes hominum actiones in hoc solo viribus non censeantur subsistere eternis, verum caducis, sicut evidentia docet explorata, labuntur momentis etc... Proinde Nos Andreas Dei gr. Ep. Posn. Significamus... Quomodo in archanis cordis nostri labilis vitę nostrę scitius revolventes, [illegible] rationis libramine celestia pensantes cum terrenis, nihil in eo Deo tam acceptum et saluti nostrę ydoneum accepimus, quam quod huius mundi spretis falacibus delicijs mentis nostrę aciem in cœlestia figeremus, et inter alia pietatis opera... circam ad ampliandum cultum divinum operas nostras impendamus... Ex certa igitur scientia nostra, matura deliberatione.. habita, ac de Ven. Capli nri Posn. ratihabitione et consensu ad laud. et glor. Oipot. Dei, eiusq intem. Genitr. M. Virg. Canonicatum et Prębendam in Eclia eiusdem Virg. M. in Summo Posnanien. de nowo in titulum beneficii ecclici... erigimus et fundamus auctte nra ord. tenore psentium mediante pro cuius quidem Canicatus sine prebendę ... dote decimas nras manip. campestres, ad mensam nram ep. iure pertinentes cuiuslibet grani et seminis etiam lini, post araturas oium et singulor. Cmethonum... in villis Dluga Lanka Nyedrzakowo Myedzydrzewie et Przezorze in Ducatu Masovie et Distr. Gostin. sitis de consensu Capli nri damus... perpetue.. nichil amplius... pro nobis.. in eisdem decimis reservantes ... Decernimus preterea predictorum Canicatus et prebendę possessorem exnunc vocari.. et intitulari debere Canonicum ecclię prenotatę, Quodq idem Canonicus... stallum in choro et vocem in Caplo cum plenitudine juris canonici habeat, iuxta vocationem suam Distributionibus quoq, sive refectionibus quottidianis ac habitu canonicali aliisq cerimoniis, prerogativis etc... quibus dictę ecclię Canci tam de jure, quam ex consuetudine, uti frui quomodolibet dinoscuntur.., utifruatur.. eviterne Volumus etiam ipsum Canicum ad onera in dicta Ecclia salubriter instituta seu instituenda, simul cum.. Canicis.. portanda astrictum esse. Ius vero patronatus dictę

preb.

praebendae, de consensu Capituli, pro Gen. et Nob. Dnis Joanne, Petro et Alberto fribus germanis haereditus in Bnyn eorumq. successoribus duntaxat masculis in perpetuum reservamus. Harum tenore Lrarum, quib. nostrum et Capli sigilla in testim. sunt appensa. Act. et Dat. Posznaniae in Caplo gnli fer. 2. infra octavas BB. Petri et Pauli App. celebrato, A. D. Millmo Quadringmo quadragmo octavo, praesentib. Venb. et Hlib. Dnis Mathia Drya Decano de Glambocrecz, archidiacono nicolao de Ssobotha Custode Slawnik Cancellario, Joanne de Drzewicza Varschavien. Jacobo de Praznowo Srzemen. Archidiaconis Rectore Jacobo de Wigonowo, officiali Sand-wogio praeposito Gneen. Joanne de Nyewyesch, prothonot. sedis apost. Jaroslao de Cacolewo Jacobo de Grandi Mathia de Mrosznino Joanne Wiskothe Miroslao de Bytin Stylutho de Vrbanowo, Joanne de Czasz Joanne de Popowo, Sandivogio de Sobotha Wladislao Nicolao de Nyewyesch Decretorum Dre, Stephano de Jardanowicze, Jacobo de Skuli Andrea de Rogalyno et Joanne de Budzyszlaw praelatis et Canicis Eccl. Posn. testibus.

Ingrossowany ten akt w d. 10 kwietnia 1564 r. w Kon. Warsz. A. K. W. t. 39. f. 288-289.



A. D. 1614. Die Lunę 24 m. Decembris. Coram R. D. Ioanne Raciborski Decano et Officiali Vars... Vlis Franciscus Alexandrinus Parochus ecclię in Radwankow, exhibuit sententiam (quę infra ... eamq... ad acta prąsentia (Consist. Vars.).. admitti petiit. Et R. D. Decanus et Officialis... admisit... Sententię tenor... talis:

In n. D. amen. Orta dudum coram Nobis Alberto Grzymislai Custode et Officiali Varsavien. inter Discretos viros Dnos Vitum de Radwankow Actorem ex una et Jacobum de Kozniszewo reum ab altera partibus, Rectores ecctiar. parlium Dioec. Posnan. ~~supra (controversia)~~ supra infrascriptis decimis, citatione pręhabita, [verbotenus] (materia quęstionis in hunc modum. — Quod licet ad me Vitum dictum, noie ecclię meę prędictę in Radwankow et meos prędecessores prędiales Decimę hiemalium et ęstivalium cuiuslibet generis frumentorum, post araturas hęredum in Sedzewo villa, infra fines parochię dictę meę ecclię iacente, prędictę Dioecesis Posnan., per tempus et tempora, quorum memoria hominum non existit, de iure pertinent atq. spectant, egoq. prędictus Vitus, et mei prędecessores fui et fuerunt in possessione pacifica percipiendi et habendi dictas decimas ab hęredibus in ead. hęreditate agros colentibus. Nihilominus tamen prętactus D. Jacobus, Rector ecclię in Kozniszewo de anno presenti, post araturas hęredum agros colentium ibid. in Sędziewo, dictas decimas campestres grani et generis quorumlibet occupavit de facto, et non de iure, sibi ipsas inbursando, in mei dicti Viti Plebani in Radwankowo pręiudicium, et lęsionem non modicam ecclię meę in Radwankowo antedictę. Item dictus D. Vitus valorem decimarum huiusmodi sic occupatarum ęstimavit ad 4 sexagenas grossorum monetę Cracoviensis, petens sibi et suę ecclię prędictę dictas decimas prędiales in Szedzewo post araturas hęredum eiusd. villę, per nostram sententiam definitivam adiudicari. Ipsumq. D. Jacobum ab occupatione earund. decimarum amoveri, ipsasq. sibi D. Vito, noie ecclię suę pdictę in manipulis, si manipuli sint, Alioquin earum valorem 4 sexagenarum prędictarum restitui. Dictoq. Dno Jacobo Pera

(m

no in Kozniszewo super eisd. decimis perpetuum silentium imponi et cum in expensis in lite factis condemnari. Qua quidem propositione, sic ut premittitur, facta, id. D. Jacobus Plebanus in Kozn., petito per eum et obtento a Nobis deliberationis termino, utrum velit contendere, vel liti cedere, demumq utrisq partibus coram Nobis constitutis, in termino ad hoc per Nos prefixo, idem D. Jacobus per Nos quesitus, quomodo deliberavit? qui cum respondit, se velle in hac lite contendere; prefactus D. Vitus suo et ecclię predicte nomibus obtulit se propositionem suam prescriptam probaturum, petens sibi per Nos citationem contra testes pro prima dilatione decerni. Qua decreta, id. D. Vitus prefacto D. Jacobo, per suum procuratorem legitimum adessente, Testes induxit, Quorum cum dicta eorum medio iuramento sub nostro examine recepissemus, et in actis coram nobis acticatis redigi fecissemus, Ipse D. Vitus pro secunda dilatione contra testes obtento citatorio per Nos sibi decerni, cum eisd. testibus citatis, in prefixo sibi termino comparuit, prefacto D. Jacobo de Kozn. etiam tunc personaliter adessente, ubi id. D. Jacobus non compulsus, nec coactus, sed mere, sponte et libere cessit liti et causę, asserens, quod dictę decimę in Sędzewo, post araturas heredum in ibid., ad ipsum Jacobum et eius eccliam in Kozniszewo non pertinent, sed potius ad antedictam eccliam in Radwankowo et eius Rectorem spectarent. Veruntamen expressit, quod solum 40 grossi monetę Cracovien. pro eisd. decimis ab herede eiusd. villę Sędzewo, agros colente in ibid., sibi datos, anno presenti reciperet, firmans hoc ipsum proprio iuramento, et quod huiusmodi receptionem faceret ignoranter, tanquam novellus in ipsa ecclia, petens secum misericorditer agi, promittensq easd. decimas et valorem ipsarum nolle de cetero recipere, seu aliqualiter occupare. Nos igitur auditis diligenter et intellectis propositione et responsione prenarratis, et aliis omnibus inter ipsas par-

(tes

partes coram nobis factis et habitis, et super aliis nöibus habito iurisperitorum consilio, ac deliberatione solenni prehabita, neminem timentes, sed solum Deum habentes pre oculis, invocato ipsius Dei noie, presentibus dictis partibus, et ferri a Nobis sententiam definitivam petentibus, super premissis decimis per dictum D. Vitum, suo et sue ecclie predicte in Radw. noibus petitis, eid. D. Vito et sue ecclie predicte in Radw. prelibatas decimas prediales in Sędziewo post araturas heredum in ibid, quorumlibet grani et seminis frumentorum, seu bladorum tam hyemalium, quam estivalium per hanc nostram sententiam adiudicavimus et adiudicamus, dictumq. D. Jacobum ad restitutionem 40 grossor., receptis ab eo corporali iuramento, quantum pro ipsis decimis receperit, in festo S. Jacobi proxime venturo, dicto D. Vito, ac in expensis legitimis factis in hac lite, magno mediante moderamine medie sexagene grossor. monete predicte, prefacto D. Vito Rectori ecclie in Radw. definitive sententie condemnavimus, et quidem pronuntiamus presentium per tenorem dicto D. Jacobo et eius ecclie predicte in Koźniszewo, perpetuum silentium super dictis decimis in Sędziewo. Lata et pronuntiata fuit et est hec nostra sententia per Nos, dictum Albertum Grzymislai Custodem et Offlem Varsav. pro Tribunali sedentem, in domo habitationis nostre extra muros Varsavien., die nona mensis Maji, sub Anno Dni Millº Quadringº decimonono. Indictione XII. hora quasi sexta. Pontificatus SS. in Chr. Patris D. N. D. Martini div. prov. Pape Quinti anno secundo. Quam per Stanislaum Alberti de Brzessewo Notarium Publ., nostri Consistorii Scribam scribi mandavimus et nostro sigillo, quo ad hoc uti consuevimus, iussimus communiri. Presentibus Discretis viris Dnis Nicolao Plebano de Tarchomino Ploczen. et Nicolao Stanislai de Magnuszewo, Presbyteris,

Cae

a Martino Crudella Nicolai de Stara Warka Notario publ. Posnanien. Dioec. et aliis quam plurimis fide dignis testibus ad premissa. Et ego Stanislaus Alberti de Rzeszewo Cler. Ploczen. Dioec. Publicus Imperiali auctoritate Notarius etc... Ex Actis Obligationum Consistorii Varsavien. extractum. Simon Sawłowski Notar.
W Święc. s. 325-328.

An. Dni 1511. Die Mercurii, 15 Januarii... N. Dorothea de Sobienie, uxor N. Alexii Cziodek de Pilcza, de consensu eiusd. viri sui recognovit. Quia 6 marcas num. et mon. Cracov. in et super bonis suis hereditariis Sobienie, in distr. Cernensi situatis... Gso et Hli Dnis: Sandecz de Sobieczursko Vexillifero Cernen.(x) et Nicolao Altariste in Radwankow, pro 60 sexagenis gross. in mediis (grossis), in vim reemptionis, alias na Wyderkaff vendidit... Quas 6 marcas singulis annis perpetuis temporibus pro... festo Nativ. Dni, se et suos successores obligavit solvere sub censuris ecsticis... Ex Actis Cons. Vars. W Święc. s. 318-319.

x Zapewne patronus Altaryi tej.

In n. D. a. Ad p. r. m. Oia, que humana habentur, sic Superis disponentibus, fluxa sunt et caduca, ut nisi litterarum monimentis, que posteritati ferre solent testimonia, firmentur, prorsus in oblivionem incidunt. Quod considerans Principum providentia, ea, que perpetua fieri debent, ne temporis diuturnitate interirent, eviternis scriptis memorie ac posteritati commendare consuevit. Proinde nos Sigismundus D. gr. Rex Pol. etc... Signif. ten. pres. quib. exp. univ. pres. et fut. har. notit. habit. Quia cum orta fuisset coram nobis controversia inter Hlem Joannem Rokiczki eccle parlis in villa Radwankow, in Terra Cirnen. Plebanum, Juripatronatus nostri Regii ab una et Nles

Heredes

hæredes de Gusino parte ab altera, occasione pratorum, ad ecclesiam prædictam in Radio ex antiquo pertinentium, quæ limitibus inter bona præfatorum Nobilium Villam Gusino ex una, et villam nostram Regiam Wyschoczyno parte ex altera factis, eid. Plebano adempta, et bonis Nlium villæ Gusino iure limitum adiudicata fuere, Nosq, ex causæ processu perpendentes, limites inter bona prædicta facta subsistere non posse, nisi prata illa plebano per limites adempta, circa bona Gussino... remanerent. Cupientes itaq nos limites inter bona nostra Wyschoczyno et bona nobilium Gusino factos viribus subsistere, et utilitati utrorumq. bonorum consulentes, illos propter prata Plebano adempta militari seu cassari nolentes, eid. ecclesiæ in R. et... Plebanis ipsius... de indemnitate providere cupientes, unum mansum terræ, mensuræ Culmensis, in... Wyschoczyno iacentem, partim rubetis partim vepribus obsitum, partim etiam solo mundo consistentem, incipiendo a limitibus villæ Gusino... penes Pratum et prata (einsd. villæ) dicta Zalibicze, et a pratis colonorum villæ Wyschoczyno, et penes eosdem limites villæ Gusino protendentem se ad limites villæ seu hæreditatis Sniathcow, nobilium eiusd. villæ hæredum... Eid. Ecclesiæ parti villæ nostræ R. et ipsius... Rectoribus... in recompensam pratorum... ademptorum... damus, donamus... Quem quidem mansum terræ ab omnibus tributis, oneribus, solutionibus ac servitiis etc... De unanimi consilio et assensu Consiliariorum nostrorum in præsenti Conventu generali nobilium existentium, (ad) donationem prædictam et libertationem ac exemptionem eiusd. mansi terræ libere et expresse consentientium, eximimus, libertamus,... et libertati ecclesiæ..., quantum nostra interest, incorporamus..., ac ascribimus... Volentes et statuentes, ut ipse mansus terræ et possessores, seu cultores eius, libertate et immunitate ecclesiastica gaudeant, quali gaudent alia bona, seu dos eiusd. ecclesiæ... Act. et Dat. Cracoviæ in Conventione

Gnli

Generali fer. 2 post fest. S. Pauli Conversionis A. D. Millmo Quingent° trigesimo secundo. Regni vero nostri anno trigesimo sexto. Praesentibus Rmo et Rdis in Chr. PP. DD. Matthia de Drzewica Archiep. Gnesn. et Primate, Petro de Thomicze Cracov. et R. P. Vice-canc., Joanne de Carnkow Vladisl., Joanne de Lyathalice Posn., Andrea Crzycki Ploc., Joanne Choiewski Premisl., et Petro de Gamratis Camenecen. Eppis, Necnon Mgcis Vlibus et Gsis Christophoro de Schidlow Castel. et Gnli Cap. Crac. et Regni nostri Canc., Stanislao de Coscielec Posnan. et Marienburg. et Bidgost. Capit. etc... Dat. per manus... Petri Eppi Crac. Relatio eiusd... Petrus Eppus et Vice-Cancell. L. S.

Ze Swięc. s. 321-324.

Actum in Czersko in Terminis Coibus fer. 2 in crastino SS. Petri et Pauli Apost. In praesentia Gg. Seraphimi Oborski de Zalesie Judicis, Stiborii Swiderski de Mlądz Subiudicis et Pauli de Sieklutki loco Succamerarii Czernen. An. Dni 1533. Coram Judicio... N. Joannes Dłużewski de Dłużewo ... recognovit. Quia duas marcas num. et mon. pol. annui census... super oibus bonis suis haereditariis Dłużewo in terra Czernen. sitis, Hli Jacobo Altaristae in Radwankowo, et aliis pro tempore existentibus... pro 20 sexagenis grossor. in sex gross, in vim reemptionis vendidit et inscribit.... et hoc pro altari eiusd. ecclie... Quas duas marcas... Joannes Dłużewski.. et sui successores de pfatis bonis solvere tenebuntur singulis annis pro festo S. Martini Eppi. etc... Ex Actis Castren Terrestr. Czernen.

Ze Swięc. s. 319-320.

A. Dni 1540. die Mercurii 14 m. Januarii. Hlis Matthias Altarista in Sieczeza, Procurator Mgf. D. Floriani Barys Castellani Zakrocim. Capitanei Cernen. iuxta exigentiam termini, oblato mandato de persona sua, responsiones in scripto produxit, petens admitti. – Ex adverso Hlis Jacobus Altarista in Kadwankow, iuxta exigentiam termini, produxit mandatum S. R. Mtis super donatione predicta, in propositione contenta, sub titulo et sigillo S. R. Mtis mediocri, alias Vice-Cancellarii. Quod quidem sigillum ibidem recognitum est, verum esse S. R. Mtis, petens pfatum D. Capitaneum compelli ad solutionem, prout continetur in suo privilegio. Et Dnus (Officialis Vars.) habens sigillum S. R. Mtis pro recognito, ad acta ingrossare dictum mandatum, et Originale prefato Mgfco D. Capitaneo Cern. presentare mandavit, et Sue Magnificentie sub Conventione presenti apud R. Mtem consilium querere decrevit. Cuius tenor... talis: Sigismundus D. gr. R. Pol. etc... Gso Floriano Barysch de Sieczeza Cast. Zakr., Capit. Cern. fideli dilecto, gratiam nostram Regiam. Gse Fid. dil. Venit huc ad nos Hlis Jacobus Altarista Altaris in Eclar. ville nostre Kadwankowo, ad Capitaneatum nostrum Cernensem pertinentis, exposuitq nobis, Quomo ol. Ill. Anna Dux, existens Tutrix Ducatus Masovie, donaverat Altariste predicti Altaris... certam aream, in qua predictus Jacobus Altarista ad presens residet, et 16 choros siliginis ex predio nostro Dziedzinowo quotannis, prout hoc ipsa donatione per Nos ~~pridem~~ ei nuper confirmata latius apparet. Quia vero 16 choreti pfati frumenti ab eo tempore, quo administrationem Ducatus Masovie recepimus, non sunt eid. Jacobo extraditi, et cum intelligamus eam ipsam donationem pro cultu Dei Oipot. augendo fuisse factam, altareq hoc esse nostri jurispatronatus, preterea rem esse non admodum magni momenti, volens insuper ut ipse Altarista modernus et pro tempore existens Deum Opt. Max. pro Nobis et felici Regni nostri

statu

statu assidue imponit. Mandamus [illegible] sua [illegible]
[illegible] ut idem [illegible] Altaristae praedictos 16
choros frumenti ex mensa nostra Brzezinowo, iuxta pri
vilegium suum, sibi quotannis pro festo S. Martini dari
et extradi curet. In gratia nostra aliter non faciat.
Dat. Cracoviae fer. 4. post fest. S. Aegidii Abb. A. Dni
1539. Regni vero nostri anno 33. Ad mandatum S.
R. M. proprium. Ex Actis Causarum Consist. Vars.

Wiec. s. 317-318.

Regnow.

Anno Dni 1563 die Veneris, ultima mensis Aprilis. Coram Dno Officiali Vars... Hlis Jacobus Gromacki Plebanus in Regnowo, produxit privilegium S. R. M. in pergameno scriptum, quod.. ingrossari mandari petiit.. Et D. Offlis eodem privilegio viso, sano, salvo ingrossari mandavit. Cujus tenor: Sigismundus Augustus D. gr. R. P. etc. Significamus..., quod nos compertum habentes ex actis commissariorum nostrorum, quos ad cognoscendum de fundo dotis plebanalis villę nostrę Regnow in capitaneatu Ravensi..., deputaveramus, Plebanum ex dotacione antiqua laneos septem agri in ea ipsa villa habere; Mandaveramus G. Hieronymo Trzcienski Venatori Sochaczev. et Surrogato Capitaneatus Ravensis, ut plebanum.. in usu et possessione libera septem laneorum conservaret, eosq. ita longe, lateq. emeciatur in omnibus campis, quemadmodum lanei cmethonales villę prędictę R. protenduntur. Volentes, ut quicquid in dictis laneis sive sylvarum, sive mericarum, aut cuiuscumq. alterius generis enatum fuerit, id totum ad plebanum pertineat... Prefatus Surrogatus... laneos.. per Geometram terrę Ravensis, in pręsentia Ministerialis terrestris ad duorum Nobilium de more emetitus est in hys videlicet locis: in uno loco circa myedza pro anno uno, in altero circa zarosl similiter emeciendo pro anno altero. Ita constanter redeuntibus annis perpetuo duraturos. Quos quidem laneos ita emensuratos idem Surrogatus noster, Plebano illiusq. ecclis assignavit, eorumq. possessionem omnimodam tradidit, prout hoc ex recognitione ipsius Surrogati satis compertum habemus. Nos itaq. ad intercessionem quorundam Consiliariorum nostrorum,... villę Regnow Plebanos... in possessione ipsorum laneorum conservandos, possessionem ipsam ~~conservan~~.. confirmandam duximus, ita ut .. confirmamus, pręsentibus lris decernendo, eam robur stabilis ac perpetuę firmitatis obtinere debere. In cuius rei fidem etc. Dat. Vilnae fer. 6 ante fest. Nativ. Dni Anno Eiusdem MDLII. Regni vero nostri anno XXIII. Relatio Vnlis Joannis de Przeremb R. Pol. Vicecanc. et Cracovien. Prepositi. Joannes Przerembski mp.

Akta Kons. Warsz. lib. 39. sign. B.J. fol. 256.

Regnow.

Rokitno.

